Teste Domino J. [16]) Cant. [17]) Electo [18]), et Domino Petro [19]), Wintoniensi [20]) Episcopo [21]) apud Lambeth XXV die Martij Anno Regni Nostri VII. [22])

Hæc Copia concordat cum originali Recordo in Curia Receptionum scaccarij Regij apud Westmonasterium, cum quo illam die 8vo Novembris Anno 1698 diligenter contulimus et examinavimus.
Johannes Lowe et Petrus Leneve Procamerarij dictæ Curiæ scaccarij Regij.

Invenitur
in Pat: Joh. m: 3cia [23]).

---

1) *loco hujus introitus:* Rex 4, *R. O.* — 2) Jahero 1, 2, 3; Jahõ 4. — 3) Abbati *deest* 4. — 4) Græ *(i. e. gratiæ)* 1, 4; Greciæ 2; Græciæ 3; Ecclesiæ *pro* gratiosæ *R. O.* — 5) Chauruns 2, 3; Chaurrun 4, *O.;* Chaurun' *R.* — 6) libr. 4. — 7) redditus *R. O.* — 8) Pictavia 1, 4, *R. O.;* Pictaviensibus 2, 3. — 9) OTHO 2, 3, *R. O.* — 10) Ballifam 1. — 11) Pictaviens. 2, 3, 4. — 12) in Olorone 1, 3, 4; in 'Olerone *R. O.* — 13) si hoc commode —— dederimus *desunt O.* — 14) *inseruntur inter* possit *et* tunc: et si eas alibi dederimus, si hoc commode fieri potest 2, 3. — 15) faciatis alibi assignari 3. — 16) Johanne 1, 2, 3; Johanni de Gray *R. O.* — 17) Cantuariensi 1, 2, 3. — 18) Episcopo *pro* Electo 2, 3. — 19) Petro *deest* 1; P. 4. *R. O.* — 20) Wintõn 4, *R. O.* — 21) Episcopo *deest* 2. — 22) Anno —— VII *desunt R. O.* — 23) Patent. I° R. Johannis Anno VII Membrana 2. 4. —

№ XIII.

6. Maj. 1206.

JOHANNES Dei Gratia Rex Angliæ, Thesaurario et Camerariis [1]) suis salutem.

Liberate de thesauro Nostro Waltero Sprot centum Marcas, quas ipse commodavit Terrico Tentonico per literas dilecti et fidelis Nostri, Gaufridi [2]) Filij Petri, Comitis Essex, [3]) patentes, ad ducendum Regem OTTONEM [4]) in Angliam. Teste Wilhelmo Briwer apud Lambeth VI die Maji Anno Regni Nostri VIII.

Per Justiciarium.

Concordat cum Originali Recordo
in Turri Londonensi.
Wi: Petyt. Archivarius.

Invenitur
in Claus 8. Joh. m. I.
Geo. Holmes
Deput.

№. XIV.

8. Maj. 1206.

JOHANNES Dei Gratia Rex Angliæ, Thesaurario et Camerarijs suis [5]) salutem.

Liberate de thesauro Nostro Rudolpho permentario, [6]) servienti de Camera Nostra, ducentas Libras liberandas Domino Johanni, Norwicensi Episcopo ad pacandum expensas Domini Regis OTTONIS [7]) Nepotis Nostri. [8]) Teste Gaufrido, [9]) filio Petri apud Westmonasterium VIII die Maji Anno Regni nostri VIII.

Concordat cum Originali Recordo
in Turri Londinensi.
Wi: Petyt. Archivarius.

Invenitur
in Claus 8. Joh: m. 1.
Geo. Holmes
Deput.

---

1) Wilhelmo Thesaurario, et Wilhelmo et Roberto Camerarijs 4. — 2) Georgii 2, 3; Gofridi 4. — 3) Essek 2; Esseck 3. — 4) OTHONIS 2, 3. — 5) suis *deest* 3. — 6) Permentario 3, 4. — 7) OTHONIS 2, 3. — 8) Nostri Nopotis 3. — 9) Georgio 2, 3; Gofrido 4. —



№ XV.

8. Maj. 1206.

JOHANNES Dei Gratia Rex Angliæ, Thesaurario et Camerarijs suis salutem.[1])

Liberate de thesauro Nostro, Domino Regi OTTONI,[2]) Nepoti Nostro sex millia Marcarum de dono Nostro, et Conrado Senescalko ipsius Regis XL[3]) Marcas de feodo suo unius Anni, scilicet a Pascha[4]) Anno Regni[5]) VIII usque ad proximum Pascha sequens; Et Philippo de Ulecotes CC Marcas ad redemptionem[6]) suam, et Reibondo L Marcas de redemtione sua, pro C libris Parisiensibus, et Comiti Mellent XX Marcas de dono, et ad expensas Senescalli Comitis de Los ad quietandas XXVII Marcas. Teste Me ipso apud Westmonasterium VIII die Maji. Anno Regni Nostri VIII.

Per Justiciarium et per Dn.[7]) London.

Concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi.
Wi: Petyt. Archivarius.

Invenitur in Claus. 8. Joh. m. 1.
Geo. Holmes Deput.

№ XVI.

25. Octobr. 1208.

JOHANNES Dei gratia Rex Angliæ, omnibus, has literas inspecturis salutem.

Sciatis, quod concessimus, quod navis Wilhelmi de Rodenburg, et Hugonis fratris sui, et illi, qui eam duxerint, salvo et secure veniant in Angliam, et quod possint res et marchandisas suas salvo in eadem navi adducere et morari in Anglia et negotiari cum rebus et marchandisis suis, faciendo inde consvetudines Regni Nostri et salvo redire.

1) Wilhelmo Thesaurario et Waltero et Roberto Camerarijs salutem 4. — 2) OTHONI 2. — 3) quadraginta 2, 4. — 4) Paschate 2, 4. — 5) Regni Nostri 2, 4. — 6) redemtionem 2. — 7) Dominum 4. —

Hoc [1]) autem prædictis Wilielmo et Hugoni concessimus pro Amore Domini Regis OTTONIS [2]) Nepotis Nostri, et pro Amore Bernhardi de Horstomar [3]), et Conradi Senescalli Ipsius Regis, et aliorum nuntiorum suorum, qvos prædicti adduxerunt in Angliam in prædicta navi Anno Regni Nostri decimo. Testibus Domino Petro [4]), Wintoniensi Episcopo, et Gaufrido [5]) filio Petri, Justiciario, et Wilhelmo Briwer. Apud Westmonasterium XXV die Octobr. Anno Regni Nostri X. [6])

Concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi.
Wi: Petyt. Archivarius.

Invenitur in Pat: X° Joh: m. 3.
Geo: Holmes Deput.

№ XVII.

14. Mart. 1209.

JOHANNES Dei Gratia Rex Angliæ, probis hominibus de Trajecto salutem.


Sciatis, quod ob [7]) Amorem Domini Episcopi Vestri, et charissimi Nepotis Nostri HENRICI, Ducis Saxoniæ, concessimus Vobis, ut in terram nostram Angliæ ad negotiandum cum rebus et Marchandisis vestris salvo et secure veniatis, faciendo inde rectas consvetudines a Pascha [8]) Anno Regni Nostri [9]) decimo usque ad duos Annos proxime [10]) seqventes. Et in hujus rei testimonium has literas Nostras patentes Vobis transmittimus [11]). Teste me ipso apud London XIV die Martij Anno Regni Nostri X. [12])

Concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi.
Wi: Petyt. Archivarius.

Invenitur in Pat. X° Joh: m. 1. n. 3.
Geo: Holmes Deput.

---

1) His 2, 3. — 2) OTHONIS 2, 3. — 3) Horstemar 2, 3. — 4) Petro *deest* 2. — 5) Georgio 2, 3. — 6) Anno —— X *desunt* 2, 3. — 7) propter *pro* ob 2, 3. — 8) Paschate 1. — 9) nostro 1. — 10) proxime *deest* 2. — 11) transmisimus 3. — 12) decimo. Per Dominum Wintoniensem 1, 2.



№. XVIII.

cfr. Rymer edit. 1704. Tom. I. pag. 153.
edit. 1816. Vol. I, P. I. pag. 103.
Orig. Guelf. III. pag. 637. No. CLIII. 24. Mart. 1209.

Venerabilibus in Christo Patribus, Dominis [1], Moguntino [2], Coloniensi, Magdeburgensi [3], Trevirensi [4], Dei Gratia [5] Archi-Episcopis,

Et Spirensi, Leodicensi, Cameracensi, Herbipolitano [6], Argentoratensi [7], Metensi, Halberstadensi [8], Monasteriensi [9], Hildesheimensi [10], Trajectano [11], Episcopis; Et de Valda [12] et de Herzefeld [13] Abbatibus:

Et Viris Nobilibus et Amicis charissimis [14], Duci Saxoniæ, Duci Brabantiæ, Landgravio [15] Thuringiæ [16], Duci Carinthiæ [17], Marchioni Austriæ [18], Marchioni de Misnia [19], Marchioni de Brandeburg [20], Duci Bavariæ [21] et Duci Austriæ [22].

JOHANNES Dei [23] Gratia Rex Angliæ et Dominus Hyberniæ salutem [24].


Literas [25] quorundam ex Vobis suscepimus, quas charissimus [26] Nepos noster, Dominus Rex OTTO [27], Nobis destinavit per fratrem suum, Nepotem Nostrum, Ducem

1) Dominis *deest* O. — 2) Moguntin' *R.*; Moguntinensi O. — 3) Maydeburgensi *R.* — 4) Treuerensi *R.* — 5) Dei gratia *desunt* O. — 6) Herbipol' *R.*; Herbipolensi O. — 7) Argentun *R.*; Argentinensi O. 8) Halberstadiensi 2, 3; Aluestod' *R.*; Alberstadensi O. — 9) Manaster. *R.* — 10) Ildeshem' *R.*; Hildeshemensi O. — 11) Trajectano *deest* 4; Traject' *R.*; Trajectensi O. — 12) Falda 2; Volda *R.*; Vulda O. — 13) Hersefeld 4. O. — 14) karissimis *R.* O. — 15) Landegrave *R.* — 16) Thyringiæ 2, 3; Durnis' *R.*; Duringiæ O. — 17) Caringiæ 2, 3; Lotharingiæ 4; Cerms *R.*; Ceringiæ O. — 18) C. Marchioni Austriæ 4, *R*; C. Marchioni Istriæ O. — 19) T. Marchioni de Misnia 4; T. marchioni de Misa *R.*; T. Marchioni de Misna O. — 20) A. Marchioni de Brandeburg 4; Marchioni de Brandenburg 2; A. marchioni de Bran. *R.*; A. Marchioni de Brandenburg O. — 21) Ludovico Duci Bavariæ 4. — 22) et Duci Austriæ *desunt* 2, 3. — 23) eadem *pro* Dei 2, 3, 4, O. — 24) etc. *pro* salutem *R.* O. — 25) Litteras *R.* O. — 26) charissimus *deest* O.; karissimus *R.* — 27) OTHO 2, 3, *R.* O. —

Saxoniæ, Camerarium [1] et Senescallum suum, quas [2] de voluntate et conscientia omnium Vestrum emanasse (credimus). Et habuimus super ijs [3], quæ Nobis consuluistis, magnum tractatum et diligens consilium cum Fidelibus Nostris, qui Nobis consuluerunt [4], quod Nos consilio et voluntati Vestræ acquiesceremus, quantum [5] de Jure possemus. Unde ad prædictum Regem et ad Vos mittimus dilectos et fideles Nostros, Wilhelmum [6] Comitem Sarrum [7], fratrem Nostrum, et fratrem Raymundum [8], Priorem Hospitalis Jerusalem in Anglia, et Adamum de portu, et [9] Archidiaconum Wigornum [10], et Henricum [11] Archidiaconum Stafford, per ipsos [12] Ei et Vobis significantes [13] ea, quæ in prædicto consilio Nostro accepimus, et Vestram rogamus attentius [14] discretionem, quatenus pro Deo et honore Vestro [15] juxta præsens propositum [16] intendatis, et procuretis ea fieri, quæ honori dicti Regis, Domini Vestri, et Nepotis Nostri, et honori Vestro magis videritis congruere et melius expedire. Volumus autem [17] Vos non latere, quod ex quo [18] terram regendam [19] suscepimus, et potestatem habuimus, multoties Ei, etiam ad gravamen Nostrum, subvenimus, Ejus plurimum desiderantes sublimationem. Et jam tempus esset, quod id Nobis remuneraret, et quod nos omnes [20] ad [21] invicem subveniremus [22], cum tanta et talis jam pridem inter Nos facta [23] sit confoederatio, et scriptis et Sacramentis firmata, quæ de jure rumpi non poterit nec debebit. Teste Domino Wintoniensi

---

1) et Camerarium 4, *R. O.* — 2) quos *R. O.* — 3) hiis *O.* — 4) consuluerint *R. O.* — 5) quatenus *pro* quantum *R. O.* — 6) W. 4, *R. O.* — 7) Sarr' *R. O.* — 8) Raym. 4; R. *R. O.* — 9) et J. *R.*; et A. *O.* — 10) Wi. *O.* — 11) H. *R. O.* — 12) quos *pro* ipsos 4. — 13) significamus 4. — 14) attentius *deest O.* — 15) nostro *pro* vestro *R. O.* — 16) præsens propositum *desunt* 4; quod ipsi . . . . . . proponerent *R.*; quod ipsi . . . . . . disponerent *O.* — 17) autem *deest* 3. — 18) eo quod *pro* quo *R. O.* — 19) regendum regnum *O.* — 20) omnes *deest* 4; alter alteri *pro* omnes *R. O.* — 21) ad *deest* 2, 3. — 22) subveniremur 4. — 23) facta *deest* 4. —



Episcopo Apud London[1]**) XXIV die Martij Anno Regni Nostri X.** [2])

Concordat cum Originali Recordo
in Turri Londinensi.
Wi: Petyt. Archivarius.

Invenitur
in Pat: X° Joh: m. 1. dorso
Geo: Holmes
Deput.

№ XIX.

cfr. Rymer edit. 1704. Tom. I. pag. 154.
edit. 1816. Vol. I. P. I. pag. 103.
Orig. Guelf. III. pag. 638. No. CLIV. 24. Mart. 1209.

JOHANNES Dei Gratia Rex Angliæ omnibus, ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem [3]).

Sciatis, quod Johannes [4])**, filius Hugonis liberavit per præceptum Nostrum, HENRICO** [5])**, Duci Saxoniæ, mille Marcas de dono et** [6]) **de feodo** [7]) **suo, et Henrico de Ver, quadringentas Marcas ad liberationes servientum** [8]) **et Balistariorum** [9])**, et in Camera Nostra centum et triginta Marcas per manum Wigorni** [10]) **Archidiaconi Hungtingtoniensis** [11]) **de pecunia, quam Reginaldus** [12]) **de Cornhull** [13]) **liberavit apud Windlesoram** [14])**. Et hoc Vobis mandamus, ut sciatis** [15])**, ipsum inde esse quietum. Teste Wigorno** [16])**, Archidiacono Huntingtoniensi** [17]) **Apud Lambeth** [18]) **XXIV die** [19])

---

1) ..... *pro* London 4, *O.* — 2) Anno —— X *desunt R. O.* — 3) *loco hujus introitus:* Rex etc. 4; Rex omnibus etc. *R. O.* — 4) J. *R. O.* — 5) H. *R. O.* — 6) et *deest* 4. — 7) foedo 2; feudo 4. — 8) servientium 2, *O.* — 9) Ballistarum 4, *O.*; ballistar' *R.* — 10) Wigorni *deest* 4; W. *R. O.* — 11) Huntingtoniensis 4; Hunted *R. O.* — 12) Regin' *R. O.* — 13) Cornhal 2; Cornhill' *R. O.* — 14) Windlesoriam 4; Windlesor *R. O.* — 15) faciatis *pro* sciatis 4. — 16) Wilhelmo 4. — 17) Hungtingtoniensi 2; Huntingthoniensi 4; Hunted *R. O.* — 18) Lameh' *R. O.* — 19) die *deest* 4. —

Martij [1]) per Gaufridum [2]) filium Petri [3]) Anno Regni Nostri X. [4])

Concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi.
Wi: Petyt. Archivarius.

Invenitur in Pat. X° Joh: n° 4.
Geo: Holmes Deput.

No. XX.

cfr. Rymer edit. 1704. Tom. I. pag. 154.
edit. 1816. Vol. I. P. I. pag. 103.
Orig. Guelf. III. pag. 638. No. CLV. 24. Mart. 1209.


JOHANNES Dei Gratia Rex Angliæ omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem [5]).

Sciatis, quod Conradus de Wilra [6]), Senescallus illustris Regis, OTTONIS [7]), Nepotis Nostri et terra sua et homines et res et possessiones suæ, quas habet in Anglia sunt in custodia et protectione nostra. Et ideo Vobis mandamus et firmiter præcipimus, quatenus [8]) ipsum et omnia sua custodiatis, manuteneatis et defendatis, sicut Nostra Dominica [9]), Et non faciatis [10]) aut fieri permittatis ei aut suis aliqvam injuriam, gravamen aut molestiam, et si ei aut suis in aliquo [11]) foris factum fuerit, id eis sine dilatione faciatis emendari [12]).

Concessimus etiam eidem Senescallo [13]), quod ipse sit quietus de placitis et querelis, et quod ipse et terra sua et homines sui sint quieti de Sciris et Hundredis [14]), et de sectis Scirarum et Hundredorum [15]), qvam diu ipse fuerit in servitio Nostro in Alemannia per præceptum Nostrum.

---

1) Mart. 4. — 2) eundem *pro* Gaufridum 4, *R. O.* — 3) per Gaufridum filium Petri *desunt* 2. — 4) Anno —— X *desunt R. O.* — 5) *loco hujus introitus:* Rex etc. 4; Rex omnibus etc. *R. O.* — 6) Willra 3; Wilfa 4. — 7) OTHONIS 2, 3, *R. O.*; et *pro* OTTONIS 4. — 8) quatinus *R. O.* — 9) Dominia 2, 3, 4. — 10) facere 4. — 11) aliqua 4. — 12) facere emendare 4. — 13) seneschallo *R. O.* — 14) hundris 4. — 15) hundrarum 4. —



Teste Gaufrido[1]), Filio Petri apud London XXIV[2]) die Martij[3]) Anno Regni nostri X.

Concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi.
Wi: Petyt. Archivarius.

Invenitur in Pat. X° Joh: n°. 5°.
Geo: Holmes Deput.

№. XXI.

cfr. Rymer edit. 1704. Tom. I. pag. 156.
edit. 1816. Vol. I. P. I. pag. 104.
Orig. Guelf. III. pag. 813. No. CCCXII. 4. Maj. 1212.

JOHANNES, Dei Gratia Rex Angliæ[4]), Vice-Comiti Tuwarcensi[5]) salutem[6]).


Sciatis, quod Dominus Imperator, OTTO[7]), Nepos Noster misit ad Nos in Angliam Comitem Boloniensem[8]), ad[9]) faciendum[10]) voluntatem Nostram, et manucepit super corpus suum et animam suam, quod idem Comes fideliter Nobis in perpetuum serviet. Misit etiam Nobis per eundem Comitem literas[11]) suas de Credentia, mandans, quod totis viribus suis, quando et sicut voluerimus, Nos paratus esset adjuvare. Quædam etiam alia verba privata Nobis significavit[12]), quæ literis[13]) adhuc commendare noluimus, sed, Domino[14]) volente, Vobis sperato citius præsentialiter exponemus. Mandavit etiam per literas[15]) suas patentes[16]) omnibus, qui Ei in fide et in Amore tenentur, quod sicut Nos diligit[17]), Nobis, tanquam caro[18]) Avunculo suo, sint auxiliantes, ad jus Nostrum conquirendum[19]), et quicquid

1) Georgio 2, 3; Galfredo 4; Galfrido *R. O.* — 2) XXVIII 4. — 3) Martis 4. — 4) Rex Angliæ *desunt* 3; *loco hujus introitus:* Rex *R. O.* — 5) Tuwarc' *R.* — 6) etc. *pro* salutem *R. O.* — 7) OTHO 2, 3; *deest R. O.* — 8) Boloniæ *R. O.* — 9) ad *deest* 2, 3. — 10) faciendam *R. O.* — 11) litteras *R.* — 12) significavit nobis 3. — 13) litteris *R. O.* — 14) Deo *pro* Domino *R. O.* — 15) litteras *R. O.* — 16) patentes *deest R. O.* — 17) diligunt *R. O.* — 18) charo 2, 3. — 19) conquirendum Nostrum 3. —

Nobis fecerint, Vobis[1]) factum reputabit. Fecit igitur idem Comes Nostram[2]) voluntatem, et in die Ascensionis Domini Nobis homagium[3]) et fidelitatem apud Londen[4]) facturus erat[5]) coram multitudine Comitum et Baronum, quos illuc generali Edicto fecimus summoneri. Hæc autem ita publice apud London fieri voluimus, ut Amici Nostri gaudium, et Inimici Nostri[6]) confusionem habeant manifestam. Credimus autem, quod Dei et Amicorum Nostrorum auxilio, Nobis in brevi ad jura Nostra conquirenda accrescet fortitudo. Ad hæc Vobis mandamus, quod cum ille, de quo Nobis mandastis, ad Nos venerit, mittatis ad Nos fideles Vestros[7]), Odonem[8]) de Sancto Bertwino[9]), et Rudolphum[10]) de Normanvill[11]), et quod apud ipsum inveneritis, per ipsos Nobis significetis. Mandetis etiam Nobis de statu Hugonis de Baucaw[12]), qui se multum intromisit, ut audivimus, de habenda custodia Villæ de Thuwarc[13]), et sciatis, quod ex quo illud audieramus, mandavimus Ballivis et Constabularijs Nostris, ut sibi[14]) de illius custodia præcaverent. Ad hæc[15]) sciatis, quod Dominus Imperator Nobis mandavit, illos mendaces exstitisse[16]), qui Nobis dederunt intelligere, quod Ipse nuncios Regis Franciæ receperat, quia nullos Ipsius nuncios sine Nobis recipiet, et Nos rogavit, ut Nos[17]) sine Eo nullos recipiamus[18]); et dixit, quod si homines sui fuerint[19]), qui hoc Nobis intelligere fecerunt, proditores sui erunt[20]); et si Nostri homines, tunc Nostri proditores fuerunt. Hæc[21]) autem vobis mandamus, ut hæc sciatis, et, quibus videritis communicanda, communi-

---

1) sibi *pro* Vobis *R. O.* — 2) penitus nostram *R. O.* — 3) homagium Nobis 2. — 4) London 2, 3, *R. O.* — 5) erit *O.* — 6) Nostri *deest* 2. — 7) Vestros *deest* 2, 3. — 8) Odon' *R. O.* — 9) Bertwin' *R. O.* — 10) Radulfum *R. O.* — 11) Normanwill 2. — 12) Bancay *R. O.* — 13) Thumarc *O.* — 14) se *pro* sibi *R. O.* — 15) hoc 2, 3. — 16) extitisse 2, 3, *R. O.* — 17) non *pro* Nos 2, 3. — 18) recipiamus nullos 3. — 19) fuerint *deest* *O.* — 20) erant *R. O.* — 21) Hoc *R. O.* —



cetis. Teste Me ipso apud Lambeth [1]), IV die Maji [2]) Anno Regni Nostri XIV. [3])

Hæc Copia concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo illam die 9° Septembris Anno 1698 diligenter contulimus et examinavimus.
Wi: Petyt. Archivarius
Geo: Holmes Deput.

Invenitur
in Claus 14. Joh. m. 9. dorso.

№ XXII.

11. Maj. 1212.

JOHANNES, Dei Gratia Rex Angliæ, Thesaurario et Camerarijs suis salutem.

Liberate de thesauro Nostro Johanni de Wek ducentas libras quas ei reddimus ad instantiam Domini Imperatoris, OTTONIS, Nepotis Nostri.

Teste Wilhelmo Comite Sarrum, Apud Westmonasterium, XI die Maji, Anno Regni Nostri XIV.

Hæc Copia concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo illam die 9° Septembris Anno 1698 diligenter contulimus et Examinavimus.
Wi: Petyt Archivarius
Geo: Holmes Deput.

Invenitur
in Claus 14. Joh. m. 9.

№ XXIII.

cfr. Rymer edit. 1704. Tom. I. pag. 159.
edit. 1816. Vol. I. P. I. pag. 105.
Orig. Guelf. III. pag. 814. No. CCCXIII.

23. Maj. 1212.

JOHANNES, Dei Gratia Rex Angliæ [4]), fidelibus suis B. [5]) de Podio Majoris [6]) Engolismi [7]), G. [8]) de Nevill, Ca-

1) Lameh' *R. O.* — 2) Aprilis *O.* — 3) Anno ——XIV *desunt R. O.* — 4) *loco hujus introitus:* Rex *R. O.* — 5) B. *deest* 2, 3; G. *R. O.* — 6) Majori *R. O.* — 7) Engolism. *R. O.* — 8) G. *deest* 2, 3. —

merario, Rudolpho[1] de Faye[2], Emerico[3] de Auwarco[4], et Petro de Faye[5] salutem[6].

Sciatis, quod Dei Gratia sani sumus et incolumes, et ut de Statu Nostro et Rumoribus Nostris Vos reddamus certiores, mittimus Vobis transscriptum literarum[7] Domini Imperatoris, OTTONIS[8], Nepotis Nostri, quas nuper sub Bulla aurea per Nuncios suos solennes[9] Nobis transmisit Nos autem[10] ad Eum Nuntios Nostros solennes[11] misimus, scilicet Walterum[12] de Gray, Cancellarium Nostrum, S.[13] Comitem Wintoniensem, W.[14] de Cantelupo[15], Senescallum Nostrum, et R.[16] Tresgos[17]. Et in proximo, Deo volente, tales audietis Rumores, unde Vos et omnes, qui Nos diligunt, gaudium merito habere debebitis. Rogamus autem Vos, quatenus Agendis Nostris diligenter et viriliter intendatis, et de Statu vestro et terræ Nostræ frequenter[18] Nos certificetis, et prædicta, quibus videritis communicanda, communicetis. Eodem modo scribitur Ivoni[19] de Sallia[20], Senescallo Pictaviensi[21], et[22] Vici-Comiti Thuwarcensi[23]. Teste Me ipso apud Lambeth[24], XXIII die[25] Maji Anno Regni Nostri XIV.[26]

Hæc copia concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo illam die 9° Septembris Anno 1698 diligenter contulimus et examinavimus.
Wi: Petyt Archivarius
Geo: Holmes Deput.

Invenitur in Claus 14. Joh. m. 9. d.

1) Rudolpho *deest* 2; Rodulpho *R. O.* — 2) Faya *R. O.* — 3) Emer' *R. O.* — 4) Abawrick *R.*; ..awrick *O.* — 5) Fayo 2. — 6) etc. *pro* salutem *R. O.* — 7) litterarum *R. O.* — 8) OTHONIS 2, 3; *deest R. O.* — 9) solempnes *R. O.* — 10) vero *pro* autem *R. O.* — 11) solempnes *R. O.* — 12) Wilhelmum 2, 3; W. *R. O.* — 13) S. *deest* 2, 3. — 14) Wilhelmum 2, 3. — 15) Cantalupo 2; Cantilupo *R. O.* — 16) Rubertum 2, 3; Robertum *R. O.* — 17) Tresgoz *R. O.* — 18) frequenter *deest R. O.* — 19) Ivon' *R. O.* — 20) Jallia *R. O.* — 21) Pictaviæ *R. O.* — 22) A *pro* et *R. O.* — 23) Thuwarc' *R. O.* — 24) T. R. apud Lameh' *R. O.* — 25) die vigesimo tertio 3. — 26) Anno —— XIV. *desunt R. O.* —

№ XXIV.

cfr. Rymer edit. 1704. Tom. I. pag. 156:
edit. 1816. Vol. I. P. I. pag. 104. 24. Maj. 1212.

Charissimo [1] Nepoti suo, OTTONI [2], Romanorum Imperatori Illustrissimo, JOHANNES, eadem Gratia Rex Angliæ salutem [3], et intimum debitæ dilectionis affectum [4].

Excellentiæ Vestræ literas [5] et nuntios cum gaudio suscepimus, et cum ea devotione, qua debuimus, grates Vestræ dilectioni referentes, uberrimas de bono et dulci mandato Vestro, de quo multum confidimus, et de Nuntijs Vestris, Viris providis et discretis, de quibus plurimum Vos laudamus. Mittimus autem ad Vos nuntios Nostros, Viros solennes [6], scilicet fideles et familiares Nostros [7], Walterum [8] de Gray, Cancellarium Nostrum, S. [9] de Quenzy [10], Comitem Wintoniensem [11], Wilhelmum [12] de Cantelupo [13], Dapiferum, et Robertum Trosgos [14], rogantes, quatenus eis super ijs [15], quæ Vobis ex parte Nostra dixerint, fidem habeatis indubitatam. Teste Me ipso apud Lambeth, XXIV die Maji, Anno Regni Nostri XIV. [16]

Hæc Copia concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo illam die 9° Septembris Anno 1698 diligenter contulimus et examinavimus.
Wi: Petyt. Archivarius
Geo: Holmes Deput.

Invenitur
in Claus. 14. Joh. m. 8. dorso.

---

1) Karissimo *R.* — 2) OTHONI, 2. *R.* — 3) etc. *pro* salutem *R.* — 4) salutem *pro* affectum 2. — 5) litteras *R.* — 6) solempnes *R.* — 7) Nostros *deest* 2. — 8) Wilhelmum 2; Walterum *deest* 4. — 9) Satro 2; S. *deest* 4; Sayer' *R.* — 10) Quency *R.* — 11) Winton' *R.* — 12) Willielmum *R.* — 13) Cantilupo 4, *R.* — 14) Tresgos 2; Tresgoz *R.*; et Robertum Trosgos *desunt* 4. — 15) hiis *R.* — 16) ipso —— XIV *desunt R.* —

№ XXV.


cfr. Rymer edit. 1704. Tom. I. pag. 160.
edit. 1816. Vol. I. P. I. pag. 106.
Orig. Guelf. III. pag. 815. No. CCCXIV. 24. Maj. 1212.

JOHANNES, Dei Gratia Rex Angliæ [1]), Henrico, Duci Lovaniensi [2]), salutem [3]).

Grates Vobis referimus de hoc, quod ad petitionem Nostram diligenter et efficaciter intendistis promotioni et servitio [4]) charissimi [5]) Nepotis Nostri, OTTONIS [6]), Imperatoris Romanorum [7]). Scimus enim [8]), quod pro Amore et occasione Nostri multo ei [9]) devotiores in multis vestri [10]) gratia exstitistis [11]). Sciatis autem, quod ipse ad Nos nuntios suos solennes [12]) et literas [13]) amicabiles transmisit, per quas [14]) in proximo, Deo volente, utrique Nostrum commodum et honorem, et vobis et omnibus Amicis Nostris gaudium credimus proventurum. Mittimus autem ad Eum Nuntios [15]) fideles et familiares Nostros Walterum [16]) de Gray, Cancellarium Nostrum [17]), S. [18]) de Quenzy [19]) Comitem Wintoniensem [20]), W. [21]) de Cantelupo [22]), Dapiferum Nostrum, et R. [23]) Trosgos [24]) cum responso et voluntate Nostra. Et vos rogamus, quatenus, si fieri possit in propria persona ad ipsum Imperatorem accedatis, ut una cum eis coram Eo præsentes sitis, vel literas [25]) vestras Ei destinetis, rogantes et consulentes, quod juxta Mandatum Nostrum [26]) efficaciter suo et Nostro commodo provideat [27]) et honori.

---

1) *loco hujus introitus:* Rex *R. O.* — 2) Lovan' *R. O.* — 3) etc. *pro* salutem *R. O.* — 4) officio 2. — 5) charissimi *deest R. O.* — 6) OTHONIS 2; *deest R. O.* — 7) Romani *R. O.* — 8) autem *pro* enim *R. O.* — 9) et *pro* ei *O.* — 10) nostri *pro* vestri *R. O.* — 11) excitastis 2; extitistis *R. O.* — 12) solempnes *R. O.* — 13) litteras *R. O.* — 14) propter quos *pro* per quas *R. O.* — 15) Nuncios nostros 2. — 16) Wilhelmum 2. — 17) Nostrum *deest O.* — 18) Satro 2; Sayerum *R. O.* — 19) Quency *R. O.* — 20) Winton' *R. O.* — 21) Wilhelmum 2. — 22) Cantilupo *R. O.* — 23) Robertum 2, *R. O.* — 24) Tresgos 2; Tresgoz *R. O.* — 25) litteras *R. O.* — 26) Nostrum mandatum 2. — 27) provideatis *O.* —



Grates autem Deo referimus de hoc quod Vobis [1]) ad votum successit, in partibus Episcopi Leodicensis [2]), unde Nobis mandastis.

Mittimus autem ad Vos dilectum Nostrum G. [3]) Fratrem Nostrum [4]), et G. de Lovan [5]), ut per ipsum Nobis scire [6]) faciatis, quod Nobis auxilium in hoc negotio Nostro facturi sitis, quia jam diu Vobis pepercimus, sicut bene scitis. Vobis etiam nuper bene providimus post Adventum Comitis Boloniæ in Angliam, quia sustinere nolumus, quod in aliquo de Jure Vestro alienati essetis vel elongati. Teste Me ipso, apud Lambeth, XXIV die Maji, Anno Regni Nostri decimo quarto [7]).

Hæc Copia corcordat cum originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo illam die 9° Septembris Anno 1698 diligenter contulimus et examinavimus.
Wi: Petyt. Archivarius
Geó: Holmes. Deput.

Invenitur in Claus 14. Joh. m. 8. dorso.

№ XXVI.

25. Maj. 1212.

JOHANNES, Dei Gratia Rex Angliæ, Vice-Comiti Norfolk et Suffolk [8]) salutem.

Sciatis, quod tradidimus dilecto et fideli Nostro Wilhelmo de Cantelupo decem Marcas ad expensas Nuntiorum charissimi Nepotis Nostri, OTTONIS [9]), Domini Imperatoris, acquietandas, ad eundum versus eundem Imperatorem. Et tibi mandamus, quod si forte denarij ad hoc ei defecerint, et idem Wilhelmus tibi mandaverit, tunc ei rationabiliter

---

1) nobis *R. O.* — 2) Leodon. *R.*; Leodien. *O.* — 3) Nostrum G. *desunt* 2; Gothfredum *R. O.* — 4) vestrum *R. O.* — 5) et G. de Lovan *desunt* 2; Louvan' *R. O.* — 6) scire Nobis 2. — 7) Teste —— quarto *desunt R. O.* — 8) Norfolck et Suffolck 2. — 9) OTHONIS, 2. —

denarios invenies ad expensas nuntiorum prædictorum acquietandas, quam diu fuerint in Balliva tua.

Teste Me ipso apud Lambeth, vigesimo quinto die Maji, Anno regni Nostri decimo quarto.

Hæc Copia concordat cum originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo illam die 9° Septembris Anno 1698. diligenter contulimus et examinavimus.
Wi: Petyt. Archivarius
Geo: Holmes Deput.

Invenitur in Claus. 14. Joh. m. 9.

№ XXVII.

14. Jul. 1212.

Mandatum est Breieno de Insula, quod faciat habere Magistro Wilielmo de Walleton, Clerico Domini OTTONIS Imperatoris, plenam Saisinam Ecclesiae de Hales cum pertinentijs suis, et cum tota integritate sua, quæ fuit Gilberti de Lasy.

Teste Rege, apud Northampton, XIV die Julij, Anno Regni Regis Nostri Johannis XIV.


Hæc Copia concordat cum originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo illam die 9° Septembris Anno 1698. diligenter contulimus et Examinavimus.
Wi: Petyt Archivarius
Geo: Holmes. Deput.

Invenitur in Claus. 14. Joh: m. 6.

№ XXVIII.

16. Aug. 1212.

JOHANNES Dei Gratia Rex Angliæ, HENRICO, Duci Saxoniæ, salutem.



Mittimus Vobis dilectum et fidelem Nostrum Tierricum [1] Teutonicum, rogantes, quatenus fidem habeatis ijs, quæ Vobis dicet ex parte Nostra. Mittimus autem Vobis per Philippum, Vallettum Vestrum, foedum Vestrum de Anno integro, scilicet quin--gentas [2] Marcas.

Teste Me Ipso Apud Nottingham XVI die Augusti Anno Regni Nostri XIV.

Concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi.
Wi: Petyt. Archivarius.

Invenitur in Claus. XIV° Joh. m. 6.
Geo. Holmes Deput.

№ XXIX.

26. Aug. 1212.

JOHANNES, Dei Gratia Rex Angliæ, Ivoni de Sallia salutem.

Sciatis, quod Dominus Imperator, OTTO [3], Nepos Noster, rogavit Nos per literas suas Nobis directas, ut habere faciamus Petro Jordano, servienti suo, filiam Wilhelmi Gumbald [4], in uxorem cum rebus suis. Et ideo Vobis mandamus, quod nisi alij data fuerit, ipsam prædicto Petro in uxorem habere faciatis.

Teste Simone Comite Wintoniensi Apud Eboracum vigesimo sexto [5] die Augusti Anno Regni Nostri decimo quarto.

Hæc Copia concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo illam die 9° Septembris Anno 1698 diligenter contulimus et examinavimus.
Wi: Petyt. Archivarius
Geo: Holmes. Deput.

Invenitur in Claus. 14. Joh. m. 5. d.

---

1) Terricum 2. — 2) quingentas 2. — 3) OTTO deest 2. — 4) Gumball 2. — 5) primo *pro* sexto 2. —

№ XXX.

6. Octobr. 1212.

JOHANNES, Dei Gratia Rex Angliæ, Baronibus suis de Scaccario salutem.

Sciatis, quod de decem millibus Marcarum, quæ liberavimus Magistro et fratribus militiæ templi custodienda, recepimus ab ijsdem mille Marcas, per manus Simonis de Kima et Thomæ de Muleton, mittendas per Conradum de Wilra Domino Imperatori, OTTONI, Nepoti Nostro. Et hoc Vobis mandamus, ut prædicti Magister et fratres hospitalis templi de illis millibus Marcarum sint quieti.

Teste Wilhelmo Briwer Apud Westmonasterium VI die Octobris, Anno Regni Nostri XIV.

Hæc Copia concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo illam die 9° Septembris Anno 1698 diligenter contulimus et examinavimus.
Wi: Petyt Archivarius
Geo. Holmes. Deput.

Invenitur
in Claus. 14. Joh: m 4.

№ XXXI.


cfr. Rymer edit. 1704. Tom. I. pag. 164.
edit. 1816. Vol. I. P. I. pag. 108.
Orig. Guelf. III. pag. 816. No. CCCXVI.

28. Januar. 1213.

Charissimo [1]) Nepoti suo, OTTONI [2]), Dei Gratia Illustri Romanorum Imperatori, et semper Augusto, JOHANNES, eadem Gratia Rex Angliæ, salutem [3]) et tam sinceræ, quam debitæ dilectionis integritatem.

---

1) Karissimo *R. O.* — 2) OTHONI 2, 3, *R. O.* — 3) etc. *pro* salutem *R. O.* —



Misistis Nobis nuper literas [1]) Vestras patentes, scilicet duo paria, quibus mandastis, ut de denarijs, quos Vobis dedimus, liberari faceremus fidelibus Vestris, Gerardo de Rodes, et Conrado de Wilra [2]), Senescallo Vestro, octo mille et quingentas Marcas, Vobis deportandas, et Simoni Saphiræ [3]) quingentas Marcas, quas Vobis accomodavit. Nos igitur in continenti fieri fecimus similiter duo paria, quibus mandavimus Magistro militiæ [4]) templi in Anglia, qui pecuniam illam habuit in Custodia sua, ut sine dilatione pecuniam illam liberaret, sicut mandastis, juxta formam literarum Vestrarum quas similiter ei misimus. Misistis etiam ad Nos Magistrum Iwanum [5]), Clericum Vestrum, cum literis Vestris de Credentia, quibus [6]) Nobis dixit ex parte Vestra, quod missuri estis ad Nos Fratrem Vestrum dilectum [7]) Nepotem Nostrum Comitem Palatinum, et R. [8]) Comitem Boloniensem [9]), et Wilhelmum [10]) Comitem de Hollandia [11]), super quibus [12]) Vobis mandamus, quod cum venerint, bene venerint. Nos vero in Recessu latoris præsentium [13]) fuimus in partibus Borealibus Angliæ, quibus ordinatis et assecuratis, prout viderimus melius expedire, versus partes Australes in occursum prædictorum Nuntiorum Vestrorum festinanter revertemur [14]). Præterea ad hoc, quod Nobis mandastis de Comite Boloniæ [15]), et Simone fratre suo, ut eis de denarijs Vestris habere faceremus, Vobis respondemus, quod cum prædicti [16]) fideles Vestri Gerardus et Conradus saisiti fuerint de denarijs Vestris, faciant de ijs [17]), quæ voluerint, quia denarios Vestros expendere nolumus nec debemus, postquam eos liberaverimus [18]), quibus mandastis. Teste Me ipso, Apud

1) litteras *R. O.* — 2) Wilre *R. O.* — 3) Saphir *R. O.* — 4) milit' *R. O.* — 5) Irenæum 2; Ivanum 3; Ywau *R. O.* — 6) qui *pro* quibus *R. O.* — 7) dilectum *deest O.* — 8) Richardum 2, 3. — 9) Bolon' *R. O.* — 10) W. *R. O.* — 11) Holland 2, 3; Holand' *R. O.* — 12) que *R.*; quo *O.* — 13) præsent' *R.* — 14) revertemus *R. O.* — 15) Bolon' *R. O.* — 16) prædicti *deest O.* — 17) hiis *R. O.* — 18) liberavimus 2, 3, *R. O.* —

Banburick [1]), XXVIII die Januarij, Anno Regni Nostri XIV. [2])

Hæc Copia concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo illam 9° die Septembris Anno 1698 diligenter contulimus et examinavimus.
Wi: Petyt Archivarius
Geo: Holmes. Deput.

Invenitur in Claus. 14. Joh. m. 2. dorso.

№. XXXII.

cfr. Rymer edit. 1704. Tom. I. pag. 174.
edit. 1816. Vol. I. P. I. pag. 114. 25. Jul. 1213.

Charissimo [3]) Nepoti suo OTTONI [4]), Dei Gratia illustri Romanorum Imperatori et semper Augusto

JOHANNES eadem Gratia Rex Angliæ salutem [5]).


Mittimus ad Vos fideles Nostros Dominum Episcopum Norvicensem [6]) et Wilhelmum [7]) Comitem Sarrum [8]), fratrem Nostrum, et Wilhelmum [9]) Briwer, rogantes, quatenus eis [10]) fidem habeatis super iis [11]), quæ Vobis dicent ex parte Nostra ad commodum utriusque Nostrum. Teste Me ipso apud Corf [12]) XXV die Julij Anno Regni Nostri XV. [13])

Concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi.
Wi: Petyt Archivarius.

Invenitur in Claus 15. Joh: pars 2a. m. 8. dorso.
Geo: Holmes
Deput.

---

1) Bamburick 2; Bamburic' *R. O.* — 2) Anno —— XIV *desunt* *R. O.* — 3) Karissimo *R.* — 4) OTHONI 2, 3, *R.* — 5) etc. *pro* salutem *R.* — 6) Norwicensem *R.* — 7) W. *R.* — 8) Sarrisburiensem 2, 3; Sarr' *R.* — 9) Willielmum *R.* — 10) iis 2, 3. — 11) hiis *R.* — 12) Corff. *R.* — 13) Anno —— XV *desunt* *R.* —



№ XXXIII.

26. Jul. 1213.

JOHANNES Dei gratia Rex Angliæ omnibus Ballifis [1]) et fidelibus suis salutem.

Sciatis, quod concessimus hominibus OTTONIS [2]), charissimi Nepotis Nostri, Domini Romanorum Imperatoris, de Brem [3]) literas patentes Ejusdem Imperatoris secum deferentibus, testificantes, quod homines Ejus sint de eadem villa, quod negotientur in terra Nostra Angliæ cum navibus rebus et marcandisis [4]) suis quamdiu Nobis placuerit, faciendo inde rectas consvetudines. Et ideo Vobis mandamus, quod ipsos super hoc non impediatis. Et in hujus rei testimonium has literas Nostras patentes Vobis inde [5]) mittimus. Teste Me ipso apud Runed XXVI die Julij Anno Regni nostri XV.

Concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi.
Wi: Petyt. Archivarius.

Invenitur in Pat. XV. Joh: pars Iª. m. 10. nº. 31.
Geo: Holmes
Deput.

№ XXXIV.

27. Aug. 1214.

JOHANNES Dei Gratia Rex Angliæ, Domino P. Wintoniensi Episcopo, salutem.

Mandamus Vobis, quod assignetis dilecto Nobis Iwano, Clerico Domini Imperatoris, OTTONIS, Nepotis Nostri, reditus in Ecclesiastico, quod de dono Nostro vacare contigerit ad valentiam annui feudi sui, quod ei promisimus, sicut scitis.

Et in hujus rei testimonium has literas Nostras paten-

1) Ballivis 2, 3. — 2) OTHONIS 2, 3. — 3) Bremen 2, 3. — 4) marchandisis 2, 3. — 5) inde Vobis 2. —

tes fieri fecimus. Teste Me ipso, apud Sanctum Maxon., XXVII die Augusti, Anno Regni Nostri decimo sexto.

Hæc Copia concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo illam die 20° Septembris Anno 1698 diligenter contulimus et Examinavimus.
Wi: Petyt Archivarius
Geo: Holmes Deput.

Invenitur in Pat. 16. Joh: pars 2da. m. 7.

№. XXXV.

1. Sept. 1214.

JOHANNES Dei gratia Rex Angliæ, Domino Petro, Wintoniensi Episcopo salutem.

Mandamus Vobis, quod mittatis duo millia Marcarum Domino Imperatori, OTTONI [1]), Nepoti Nostro, per certum nuntium Ipsius vel per alios, si magis securc Ei mitti possint [2]), secundum quod potius videritis expedire.

Et in hujus rei testimonium has literas Nostras [3]) fieri fecimus patentes. Teste Me ipso apud Parten [4]) I die Sept. Anno Regni Nostri XVI.

Concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi.
Wi: Petyt. Archivarius.

Invenitur in Pat. 16. Joh: pars Ia. m. 12.
Geo. Holmes
Deput.

№. XXXVI.

17. Nov. 1214.

JOHANNES Dei Gratia Rex Angliæ, Wilhelmo Thesaurario et Gerardo et Richardo, Camerarijs suis, salutem.

Liberate de thesauro Nostro Henrico de Colonia, Nuncio

1) OTHONI Domino Imperatori 2. — 2) possit 2. — 3) Nostras *deest* 2. — 4) Bartem 2. —

Domini Imperatoris, OTTONIS, X Marcas, et Presbytero de Placentia, Nuncio Ejusdem Imperatoris, Centum solidos: Et Magistro Jacobo, Ejusdem Domini Imperatoris Nuncio, quinque Marcas de dono Nostro.

Teste Me ipso, Apud novum templum London., XVII die Nov. Anno Regni Nostri XVI.

Hæc Copia concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo illam die 9° Septembris Anno 1698 diligenter contulimus et examinavimus.
Wi: Petyt. Archivarius
Geo. Holmes Deput.

Invenitur
in Claus 16. Joh. m. 16.

№ XXXVII.

24. Nov. 1214.

JOHANNES, Dei Gratia Rex Angliæ, Philippo Wintoniensi Episcopo, et dilectis et fidelibus suis Magistro R. de Marisco Cancellario suo, et Wilhelmo Briwer salutem.

Mandamus, quod habere faciatis Boydoni Leve, præsentium latori, ducentas Marcas ad opus Walteri Sprok, et Simoni Saphyræ, qui præstitum fecerunt Domino Imperatori, OTTONI, Nepoti Nostro, per literas Nostras patentes, quas penes Nos habemus cum testimonio fratris Rodgeri templarij, et literis prædictorum Creditorum patentibus. Teste Me ipso, Apud Briden, vigesimo quarto die Novembris, Anno Regni Nostri decimo sexto.

Hæc Copia concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo illam die 9° Septembris Anno 1698 diligenter contulimus et examinavimus.
Wi: Petyt Archivarius
Geo: Holmes. Deput.

Invenitur
in Claus. 16. Joh. m. 15.

№ XXXVIII.

26. Nov. 1214.

JOHANNES, Dei Gratia Rex Angliæ, Huberto de Burgo, Senescallo suo Pictaviensi, salutem.

Mandamus Vobis, quod ad custum Nostrum emi faciatis LXXX dolia vini, et ea ponatis in una navi salva, quæ similiter sit locata ad custum Nostrum, et ea liberare [1]) faciatis Petro Pictaviensi, latori præsentium [2]), et nuncio Domini Imperatoris, OTTONIS [3]), Nepotis Nostri. Faciatis etiam eidem habere duas naves vacuas, locatas ad custum Nostrum, deferentes vinum, quod in partibus Pictaviæ datur Eidem Imperatori. Teste Me ipso, apud Woodstok, vigesimo sexto die Novembris [4]), Anno Regni Nostri XVI.

Hæc copia concordat cum originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo illam die 9° Septembris Anno 1698 diligenter contulimus et examinavimus.
Wi: Petyt. Archivarius.
Geo: Holmes. Deput.

Invenitur in Claus. 16. Joh. m. 15.

№ XXXIX.


27. Nov. 1214.

JOHANNES, Dei Gratia Rex Angliæ, Huberto de Burgo, Senescallo suo [5]) salutem.

Mandamus Vobis, quod si quæ Escaeta de muliere maritanda in manus Nostras devenerit in partibus Pictaviæ, in qua Lator præsentium, Petrus Pictaviensis, serviens Domini Imperatoris, OTTONIS [6]), Nepotis Nostri, possit promoveri, ipsum promoveatis, intuitu Imperatoris, qui Nos pro eo rogavit.

---

1) liberari 2. — 2) præsentium Latori 2. — 3) OTHONIS 2. — 4) vigesimo sexto die Novembris apud Wodestock 2. — 5) suo de Pictavia 2. — 6) OTTONIS *deest* 2. —



Teste Me ipso, Apud Winton, vigesimo septimo die Novembris, Anno Regni Nostri decimo sexto.

Hæc copia concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo illam die 9° Septembris Anno 1698 diligenter contulimus et examinavimus.
Wi: Petyt. Archivarius
Geo: Holmes. Deput.

Invenitur
in Claus. 16. Joh. m. 15.

№. XL.

23. Jan. 1215.

JOHANNES Dei Gratia Rex Angliæ, Thesaurario et Camerariis salutem.

Liberate de thesauro Nostro Latori præsentium Conrado de Wilra sine dilatione centum Marcas, quas mittimus Dominæ IMPERATRICI de dono Nostro.

Teste Me ipso, apud Cnapp, XXIII Januar. Anno Regni Nostri XVI.

Hæc Copia concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo illam die 20° Septembris Anno 1698 diligenter contulimus et Examinavimus.
Wi: Petyt Archivarius
Geo. Holmes. Deput.

Invenitur
in Claus. 16. Joh. m. 8.

№. XLI.

23. Jan. 1215.

JOHANNES Dei gratia Rex Angliæ, Gerhardo de Rodes, Simoni Saphiro [1] et Waitino Sprok [2] salutem.

Mandamus Vobis rogantes, quod habere faciatis Dominæ Imperatrici, uxori dilectissimi Nepotis Nostri, Domini OTTONIS [3], Romanorum Imperatoris septingentas Marcas

1) Saphiræ 2. — 2) Sprock 2. — 3) OTHONIS 2. —

de dono Nostro, ad expensas suas acquietandas, sicut frater Rodgerus [1]) de Warneford, præsentium lator, Vobis dicet; Scituri, quod quicunque Vestrum primo ad Nos venerit in Angliam cum literis istis et cum literis [2]) Dominæ Imperatricis patentibus et testificantibus, quod pecuniam illam receperint [3]), ei solvi faciemus pecuniam illam. Et in hujus rei testimonium has literas Nostras patentes fieri fecimus. Teste Me ipso apud Knapp [4]) XXIII [5]) Januarij Anno Regni Nostri XVI.

Concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi.
Wi: Petyt. Archivarius.

Invenitur in Pat. 16. Joh: pars Ia. m. 8.
Geo: Holmes Deput.

№ XLII.

23. Jan. 1215.

JOHANNES, Dei Gratia Rex Angliæ, Gerardo de Rodes salutem.


Mandamus Vobis, rogantes, quatenus septingentas Marcas, quas per literas Nostras patentes Vobis, et Simoni Saphyræ [6]) et Witino Sprok [7]) mandaverimus [8]) directas liberari Dominæ IMPERATRICI de dono Nostro, Vos manucapiatis pro Nobis, quod, ex quo ad Nos veneritis in Angliam, pecuniam illam Vobis solvi faciemus. Teste Me ipso, apud Cnapp [9]), XXIII die Januarij, Anno Regni Nostri XVI. [10])

Hæc Copia concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi cum quo illam die 20° Septembris Anno 1698 diligenter contulimus et Examinavimus.
Wi: Petyt Archivarius
Geo: Holmes. Deput.

Invenitur in Claus. 16. Joh. m. 8.

---

1) Rotgerus 2. — 2) et cum literis *desunt* 2. — 3) receperit 2. — 4) Cnapp 2. — 5) vigesimo tertio die *pro* XXIII 2. — 6) Saphiræ 2, 3. — 7) Sprock 2, 3. — 8) mandavimus 2. — 9) Cnep 2; Cnepp 3. — 10) sexto *pro* XVI 2, 3. —



№. XLIII.

18. Nov. 1215.

JOHANNES, Dei Gratia Rex Angliæ, Ballivis Domini Imperatoris OTTONIS [1]), Nepotis sui, ad quos literæ præsentes pervenerint, salutem.

Rogamus Vos, quatenus præsentium latorem, Petrum de Cresseg, Clericum dilectum Nostrum, Romam euntem, salvo conduci faciatis, per potestatem Domini Nostri Imperatoris. Tum inde faciatis, quod ad grates Vobis teneamur. Teste Me ipso, apud Roffensem, XVIII die Novembris, Anno Regni Nostri XVII.

Hæc Copia concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo illam die 9. Septembris Anno 1698 diligenter contulimus et Examinavimus.

Wi: Petyt Archivarius

Geo: Holmes. Deput.

Invenitur in Pat. 17. Joh. m. 13.

№. XLIV.

cfr. Rymer edit. 1704. Tom. I. pag. 212.
edit. 1816. Vol. I. P. I. pag. 141.
Orig. Guelf. III. pag. 832. No. CCCXXXI.

8. Jun. 1216.

Charissimo [2]) Nepoti suo OTTONI [3]) Dei Gratia Romanorum Imperatori et [4]) semper Augusto JOHANNES eadem Gratia Rex Angliæ [5]) spiritum consilij et fortitudinis.

Significavimus nobili viro, Comiti de Los, quod cum devotione et humilitate ad fidem et servitium Vestrum revertatur. Unde cum hoc commodo et honori Vestro et Nostro plurimum credimus expedire, si ad fidem Vestram redeat; Magnitudini Vestræ [6]) bona fide consulendum duxi-

1) OTTONIS *deest* 2. — 2) Karissimo *R. O.* — 3) OTHONI 2, 3, *R. O.* — 4) et *deest* 3. — 5) Angliæ etc. *pro* Angliæ 4, *R. O.* — 6) Vestræ Magnitudini 2. —

mus et monendum[1]), rogantes, quatenus respicientes persecutionem et turbationem Vestram et Nostram, quibus undique vallamur, ipsum ad fidem Vestram revocare, et in Gratiam Vestram recipere studeatis. Quare[2]) si litteras[3]) Vestras patentes Nobis transmiseritis, quod Nos manucapiamus, quod eidem jura sua reddetis tam de Comitatu[4]) Hollandiæ[5]), quam alijs, quæ eum[6]) juste contingunt; credimus, ipsum ad fidem et servitium Vestrum de facili fore reversurum; et Nos per litteras[7]) Nostras patentes manucapiemus, quod jura sua ei reddetis. Bene autem Nobis videtur, quod super jure suo de Comitatu[8]) Hollandiæ[9]) exaudire tanto libentius tenemini, quanto Comes Wilekinus[10]) cum Ludovico[11]), inimico Dei et Ecclesiæ ad perpetuam exhæredationem Nostram Regnum Nostrum Angliæ præsumptuosius sit ingressus. Consilium vero Nostrum et aliorum fidelium Nostrorum et Walteri Bertrandi[12]) super hoc credatis, cum[13]) illud credimus Vobis fore profuturum.

Teste me ipso apud Dunfas VIII die Junij Anno Regni Nostri XVIII.[14])

Concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi. Wi: Petyt. Archivarius.	Invenitur in Pat: XVIII° Joh: m. 6. dorso. Geo: Holmes Deput.

№ XLV.

cfr. Rymer edit. 1704. Tom. I. pag. 213.
edit. 1816. Vol. I. P. I. pag. 141.

Orig. Guelf. III. pag. 833. No. CCCXXXII. 1216.

Omnibus, has literas inspecturis[15]), Walterus[16]) Bertrandus salutem.

1) movendum R. — 2) Quoniam 2, 3, 4, R. O. — 3) literas 2, 3. — 4) Comite pro Comitatu *deletum* 4. — 5) Hollend' R. — 6) eidem *pro* eum O. — 7) literas 2, 3. — 8) Comite *pro* Comitatu *deletum* 4. — 9) Holland' R. — 10) Wileking 2, 3. — 11) Lodowiço R. O. — 12) Bertrand R. O. — 13) quando *pro* cum 4, R. O. — 14) Teste etc. *pro* Teste — XVIII 4, R. O. — 15) *loco hujus introitus:* Omnibus etc. 4, R. O. — 16) Wilhelmus 4. —

Scientis, quod literas 1) Domini mei JOHANNIS, Regis Angliæ, patentes suscepi, directas Wilhelmo 2) Comiti de Los, per quas rogavit Ipsum Comitem, et consuluit in bona fide, quod ad fidem et servitium Domini Imperatoris OTTONIS 3), Nepotis sui 4), redeat. Et manucepit ipse Rex per easdem, quod jura sua tam de Comitatu 5) Hollandiæ, quam de 6) alijs liberaliter et benigne Dominus Imperator ei reddet. Promisit etiam 7) Dominus Rex per easdem, quod si Dominus Imperator prædicta ei non teneret, ipse Dominus Rex diligenter 8) operam apponet versus Ipsum Dominum Imperatorem per consilium ipsius Comitis de Los et aliorum fidelium suorum, quod Dominus Imperator prædicta omnia ei tenebit. Cum autem Dominus Imperator jura sua dicto Comiti de Los reddiderit, tam de Comitatu 9) Hollandiæ quam de alijs, et homagium ejus receperit, tunc primo literas 10) Domini Regis 11) prædictas dicto Wilhelmo 12) Comiti de Los liberabo et non antea. Et in hujus rei testimonium 13) has literas nostras fieri feci patentes 14).

Concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi.
Wm Petyt. Archivarius.

Invenitur in Pat. XVIII. Joh. m. 6. dorso.
Geo. Holmes Deput.

№ XLVI.

28. Jun. 1219.

HENRICUS IIItius Dei Gratia Rex Angliæ, Eduardo Thesaurario et Francisco et Richardo, Camerarijs suis salutem.

---

1) litteras *R. O.* — 2) W. *R.*; Wilhelmo *deest O.* — 3) Ottonis *deest* 2, 3, 4. *R. O.* — 4) sui Nepotis 2. — 5) Comite *pro* Comitatu *deletum* 4. — 6) de *deest R. O.* — 7) etiam idem *O.* — 8) diligentem 4. — 9) Comite *pro* Comitatu *deletum* 4. — 10) litteras *R. O.* — 11) Domini Regis *deest R. O.* — 12) W. *R.*; Wilhelmo *deest O.* — 13) fidem *pro* testimonium 2, 3. — 14) fieri feci has literas nostras patentes 2, 3; — Et in hujus etc. fieri feci 4; Et in hujus etc. *R. O. pro* Et —— patentes. —

Liberate de thesauro Nostro Rudolpho de Birlingham, Clerico HENRICI, Ducis Saxoniæ, Centum solidos ad expensas suas.

Teste Domino P. Wintoniensi Episcopo, Apud Westmonasterium, XXVIII die Januarij Anno Regni Nostri tertio.

Hæc Copia concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo illam die 9° Septembris Anno 1698 diligenter contulimus et examinavimus.
Wi: Petyt. Archivarius
Geo: Holmes. Deput.

Invenitur in Claus. 3. H. 3. m. 11.

№ XLVII.


1. Octobr. 1221.

HENRICUS IIItius Dei Gratia Rex Angliæ, Eduardo Thesaurario, et Francisco et Richardo Camerarijs salutem.

Liberate de thesauro Nostro Philippo, nuntio HENRICI, Ducis Saxoniæ, quinque Marcas. Liberate etiam de thesauro Nostro Galfrido, Nuncio OTTONIS, Ducis de Luneburg quinque Marcas ad expensas suas, versus partes suas. Teste Huberto de Burgo apud Westmonasterium primo die Octobris Anno Regni Nostri quinto.

Hæc Copia concordat cum originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo illam die 9° Septembris Anno 1698 diligenter contulimus et examinavimus.
Wi: Petyt Archivarius
Geo: Holmes. Deput.

Invenitur in Claus. 5. H. 3. m. 2.



№ XLVIII.

cfr. Rymer edit. 1704. Tom. I. pag. 308.
edit. 1816. Vol. I. P. I. pag. 194. 6. Mart. 1229.

HENRICUS III [1]) Dei Gratia Rex Angliæ [2]), dilecto consangvineo suo OTTONI [3]), Duci de Brunsvic [4]) salutem et sinceram [5]) in Domino dilectionem [6]).

De deliberatione [7]) corporis Vestri a manibus Inimicorum Vestrorum [8]) qui Vos captos detinebant, grates referimus Altissimo, quia, licet non sine dispendio et decremento tenuræ [9]) Vestræ liberati sitis, satis majus tamen habemus deliberationem Vestram, qvam aliqvarum rerum vel terrarum Vestrarum Amissionem. Nec Vos latet, qualiter [10]) et qvam injuste potestas Inimicorum Nostrorum et Vestrorum violenta jam pridem Nos et Vos detinuit, a jure Nostro et Vestro hæreditario exclusos et exhæredatos. Et tamen confidimus in Domino, qui non destruit sperantes in se, quod Jura Nostra et Vestra, quæ Nobis et Vobis permisit subtrahi, per Gratiam Ejusdem in brevi recuperabimus. In proximo enim quidam Nobis innotescent Rumores, commodum et honorem Nostrum et Vestrum specialiter respicientes, qui Vobis, cum Eos audieritis, prosperante Domino non modicum erunt læti et jucundi [11]). De eo, quod Nos rogastis, ut foedus conjugale non iniremus inter sororem Nostram et Ducem de Danchalt [12]), cujus consangvinei se Vobis [13]) in Carcere Vestro [14]) graves exhibuerunt Inimicos et Adversarios, Vobis significamus, quod hoc sine Consilio Vestro et voluntate nullatenus facere curabimus, qvoniam in ijs [15]) et alijs Vestro volumus frui consilio. Scire etiam Vos volumus, quod prompti [16]) sumus et semper parati ad quæcunque [17])

---

1) III *deest* 3, *R.* — 2) etc. *pro* Angliæ *R.* — 3) OTHONI 2, 3; O. *R.* — 4) Brunsvick 3; Brunesywic' *R.* — 5) sinceræ 2, 3. — 6) dilectionis integritatem 2, 3. — 7) liberatione 3. — 8) nostrorum *pro* Vestrorum 4. — 9) terræ *pro* tenuræ 4. — 10) quantum *pro* qualiter 4. — 11) jocundi *R.* — 12) Dannhalt 2, 3. — 13) nobis *pro* Vobis 4. — 14) nostro *pro* Vestro 4. — 15) hiis *R.* — 16) promti 2. — 17) ea quæcunque 2, 3; omnia quæcunque 4. —

Commodum Vestrum respiciunt et Honorem, qvem a Nostro non reputamus alienum Rogamus autem Vos, quatenus circa Pentecosten aliquem de Vestris ad Nos transmittatis, per quem Statum et Velle Vestrum Nobis significetis. Et Nos per Eundem Esse Nostrum et Voluntatem [1]) Vobis renunciabimus: Teste Me ipso [2]) Apud Guldeford VI [3]) die Martij Anno Regni Nostri XIII. [4])

Concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi.
Wi: Petyt. Archivarius.

Invenitur
Claus. 13. Henr. 3. m. 14. dors.
Geo: Holmes
Deput.

№ XLIX.

cfr. Rymer edit. 1704. Tom. I. pag. 309.
edit. 1816. Vol. I. P. I. pag. 194. — 4. April. 1229.


Reverendissimo Domino et Patri in Christo charissimo [5]), Gregorio X [6]), Dei Gratia Summo Pontifici, HENRICUS III [7]) eadem Gratia Rex Angliæ [8]), salutem et tam devotam, qvam debitam tanto Domino et Patri Reverentiam.

Quod Vestra dignata fuit Paternitas Vestras misericorditer partes [9]) interponere pro deliberatione dilecti Consangvinei Nostri, OTTONIS [10]), Ducis de Brunsvic [11]) Illustris a carcere, in quo detinebatur vinculis mancipatus, Sanctitati Vestræ ad quantas possumus assurgimus Gratiarum Actiones.

Et cum non fuerit inter Christianos Principes aliquis, quem sedis Apostolicæ non contingat Gratiam implorare, Paternitati Vestræ pro dicto Consangvineo Nostro devotissime [12]) duximus supplicandum [13]), quatenus [14]) Ipsum [15]),

---

1) voluntatem nostram 2, 3. — 2) Rege *pro* Me ipso 4, *R.* — 3) VII *R.* — 4) Anno —— XIII *desunt R.* — 5) charissimo *deest* 3; karissimo *R.* — 6) Decimo 2, 3; Xmo, *vacuo sequente spatio* 4; X *deest R.* — 7) III *deest* 2, 3, *R.* — 8) Angliæ etc. *pro* Angliæ 4. — 9) partes misericorditer 3. — 10) OTHONIS 2, 3; O. *R.* — 11) Brunswick 3; Bruneswic' *R.* — 12) devotissime Nostro 2. — 13) supplicare 4. — 14) quatinus *R.* — 15) ipso 4. —



intuitu Consangvinitatis Nostræ, propensius habentes [1]) commendatum [2]) Gratiam Vestram circa Eum [3]) continuare velitis, honores [4]) Ejus, cum tempus affuerit, si placet, promovendo, et Ipsum Principibus Imperij commendando. Confidenter enim credimus et in Domino speramus, quod ipsum inter Omnes Principes Imperij [5]) filium inveniatis [6]) devotiorem, et mandatis sedis Apostolicæ, cui deliberationem suam penitus ascribit, promtius obsequentem. Teste me ipso Apud Marleberg [7]) IV die Apr. Anno Regni Nostri XIII. [8])

Concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi.
Wi. Petyt. Archivarius.

Invenitur Claus. 13, H. 3. m. 14. d.
Geo. Holmes Deput.

№ L.

cfr. Rymer edit. 1704. Tom. I. pag. 308.
edit. 1816. Vol. I. P. I. pag. 194. 4. April. 1229.

HENRICUS III [9]) Dei Gratia Rex Angliæ [10]) dilecto Consangvineo suo [11]) et Amico speciali, OTTONI [12]), Duci de Brunsvic [13]) salutem et sinceræ dilectionis integritatem.

Audito nuper ex Relatione devoti Vestri Magistri Gaufridi [14]) Clerici Vestri, quod a carcere [15]) et vinculis, quibus detenti fuistis, prospere et sine corporis Vestri damno et dispendio soluti estis per Dei Gratiam et liberi, successibus Vestris et honori plurimum congratulantes, Altissimo, qui in angustia Vestra dignatus est Vos misericorditer respicere [16]), et ab eadem liberare, grates retulimus copiosas, gavisi quidem et jucundi nimis effecti.

---

1) habentes *deest* 4, *R.* — 2) commendato 4. — 3) circa eum *desunt* 4. — 4) honorem 4. — 5) Imperii Principes 4. — 6) inveniat 4; invenias *R.* — 7) Morleberg 2, 3. — 8) Teste ut supra *pro* Teste —— XIII. *R.* — 9) III *deest R.* — 10) Angliæ etc. *pro* Angliæ *R.* — 11) suo *deest* 3. — 12) OTHONI 2, 3; O. *R.* — 13) Brunswick 2, 3; Brunswic 4; Bruneswic' *R.* — 14) G. *R.* — 15) tartaro 4. — 16) respicere misericorditer 2. —

Super prædictis juxta petitionem Vestram Domino Papæ scripsimus, regratiantes Eidem pro Vobis super Gratia, qua Vobiscum egit, dum in captivitate teneremini, nec non et personam Vestram propensius Ei duximus [1]) commendare, et pro Vobis tanquam pro Nobis ipsis affectuose supplicantes rogare, quod Gratiam et Favorem, quem erga personam Vestram gessit, ex interventu Nostro circa Vos augere velit et continuare, honori Vestro et sublimationi Vestræ intendendo, et Principibus Alemanniæ specialiter [2]) pro Amore Nostro Vos commendando. Et, ut negotium istud felicius effectui [3]) manciparetur, dilectum Nostrum, et devotum Vestrum, prædictum Magistrum Gaufridum [4]), de cujus diligentia et fidelitate certam fiduciam obtinemus [5]), quod studiosius quolibet alio pro Vobis laborabit, ad Curiam Romanam destinavimus, cupientes ex animo, quod directa pro Vobis prædicta [6]) petitio Nostra ea favore exaudiatur, quod et Vobis ad perpetui [7]) honoris cedat incrementum, et Nobis exultationis exinde [8]) detur occasio. Ut etiam petitioni Vestræ Nobis factæ pro supra dicto Clerico satisfaceremus, concessimus Eidem quinque Marcas Annuas, de Camera Nostra percipiendas, donec data opportunitate uberius, divino et intuitu Nostro [9]) Ei providere possimus. Teste me ipso apud Merleberg [10]) IV die Aprilis, Anno Regni Nostri XIII. [11])

Concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi. | Invenitur Claus. 13. H. 3. m. 14. d.
Wi. Petyt. Archivarius. | Geo: Holmes Deput.

---

1) duximus ei 2, 3, 4, *R.* — 2) specialiter *deest* 4. — 3) effectum 4. — 4) G. *R.* — 5) optinemus *R.* — 6) dicta 4, *R.* — 7) perpetuum 2, 3. — 8) inde 2, 3; exin 4. — 9) vestro *pro* nostro *R.* — 10) Morleberg 2, 3, 4. — 11) Anno — XIII *desunt* *R.* —

No. LI. Liberate pro Clerico Ducis de Brunswic.

No. LII. Liberate pro Clerico Ducis de Brunswic.

№ LI.

4. April. 1229.

HENRICUS III Dei Gratia Rex Angliæ, omnibus [1]), ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem.

Noveritis, Nos concessisse Magistro Galfrido, Clerico dilecti Nobis OTTONIS [2]), Ducis de Bruneswic [3]), quinque Marcas, annuatim percipiendas de dono Nostro ad Scaccarium Nostrum ad festum Sancti Michaelis, quo usque in beneficio Ecclesiastico ei uberius providerimus. In cujus rei testimonium has literas Nostras patentes ei fieri fecimus. Teste Me ipso, apud Morleberg, IV die Aprilis, Anno Regni Nostri XIII.

Haec Copia concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo illam die 20° Septembris Anno 1698 diligenter contulimus et Examinavimus.

Wi: Petyt Archivarius
Geo: Holmes. Deput.

Invenitur in Pat. 13. H. 3. m. 9.

№ LII.

cfr. Orig. Guelf. IV. pag. 115. No. XVI. 5. April. 1229.

HENRICUS III Dei Gratia Rex Angliæ [4]), Thesaurario et Camerarijs suis salutem.

Liberate de thesauro Nostro Magistro Golfrido [5]), Clerico OTTONIS [6]), Ducis de Brunneswick [7]), centum solidos de dono Nostro, ad expensas suas [8]), et quinque Marcas de termino Sancti Michaelis Anno Regni Nostri XIII de annuo feodo suo quinque Marcas [9]), quod Ei concessimus

---

1) omnibus *deest* 3. — 2) OTHONIS 2, 3. — 3) Brunswick 2; Brunneswick 3. — 4) *loco hujus introitus:* Rex 4, *O.* — 5) Galfrido *O.* — 6) *O.* *O.* — 7) Brunswic 4; Bruneswic *O.* — 8) ad expensas suas *desunt* 4. — 9) marcarum *O.* —

de dono Nostro. Teste Me ipso apud Merleberg V die Aprilis Anno Regni Nostri XIII.[1])

Concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi. Wi: Petyt. Archivarius. Invenitur in Librat: 13 Hen: III. m. 10. Geo: Holmes Deput.

№ LIII.

cfr. Orig. Guelf. IV. pag. 115. No. XVII. 26. Sept. 1229.

HENRICUS III Dei Gratia Rex Angliæ[2]), Thesaurario et Camerarijs suis salutem.

Liberate de thesauro Nostro Cesorio[3]) Advocato de Wallebec[4]), et Rudolpho[5]) de Rolsted[6]) et Fratri Wilekino[7]), Nuncijs OTTONIS, Ducis de Brunswick[8]) quinquaginta[9]) Marcas ad expensas suas versus partes suas de dono Nostro. Teste Me ipso[10]) apud London XXVI die Septembr. Anno Regni Nostri XIII.[11])

Concordat cum Originali Recordo in Turri Londonensi. Wi: Petyt. Archivarius. Invenitur in Librat. 13. Hen: 3. m. 3. Geo: Holmes Deput.

№ LIV.

cfr. Orig. Guelf. IV. pag. 115. No. XVIII. 18. Jul. 1230.

Mandatum est Wilhelmo de Millers, Constabulario Windlesoriensi[12]), quod cum OTTO[13]) de Luneburg[14]), Dux Saxoniæ, ad eum venerit usque Windlesoriam[15]), et voluerit

1) Anno eodem *O.* — 2) *loco hujus introitus:* Rex W. 4, *O.* — 3) Cesario *O.* — 4) Wallebet 4. — 5) Rodolfo *O.* — 6) Rolstod 4. — 7) Willekino *O.* — 8) Brunswic 4; Bruneswic *O.* — 9) L 4. *O.* — 10) Rege *pro* Me ipso 4, *O.* — 11) Anno — XIII *desunt O.* — 12) Windlesor. *O.* — 13) OTHO 2; O. *O.* — 14) Lunesburg *O.* — 15) Windlesoram 2; 4, *O.* —

No. LIII. Liberate pro nunciis Ducis de Brunswic.

in Foresta Domini Regis de Windlesora ad bestias currere, Eum sine impedimento in eadem currere et bestias capere permittat. Teste Stephano [1]) de Segreve [2]) apud Westmonasterium XVIII die Julij Anno XIIII. Regni Domini Regis nostri HENRICI TERTII [3]).

Concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi.	Invenitur in Claus. 14. Hen: 3. m. 4.
Wi: Petyt Archivarius.	Geo: Holmes Deput.

№ LV.

cfr. Orig. Guelf. IV, pag. 116. No. XIX. 18. Jul. 1230.

Mandatum est Henrico, filio Ancheri [4]), quod cum OTTO [5]) de Luneburg, Dux Saxoniae, ad eum veniret [6]) usque Havering, Ipsum et suos in domibus Domini Regis honeste recipiat, et permittat Eum ad bestias currere sine impedimento in parco de Havering, vel extra parcum pro voluntate sua. Teste Stephano de Segreve [7]) Apud Westmonasterium XVIII die Julij. Anno XIIII. Regni Dni Regis Nostri Henrici III. [8])

Concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi.	Invenitur in Claus 14° Hen: 3. m. 4.
Wi: Petyt. Archivarius.	Geo. Holmes Deput.

---

1) S. *O.* — 2) Segrave 2, 4, *O.* — 3) Anno regni nostri XIV 3, 4; Anno Regni R. XIIII *O.* — 4) Antheri 4; Antheri *O.* — 5) O. *O.* — 6) venerit *O.* — 7) Segrave 4. — 8) Anno Regni nostri XIV 4; Teste vt supra *pro* Teste —— Henrici III *O.* —

№ LVI.

cfr. Rymer edit. 1704. Tom. I. pag. 317.
edit. 1816. Vol. I. P. I. pag. 199.
Orig. Guelf. IV. pag. 116. Nr. XX. 10. Nov. 1230.

HENRICUS III [1]) Dei gratia Rex Angliæ, omnibus has literas inspecturis salutem [2]).

Sciatis, Nos suscepisse in protectionem et defensionem Nostram homines de Brunsvik [3]), homines videlicet dilecti consangvinei Nostri, OTTONIS [4]), Ducis de Brunsvik [5]), has literas [6]) Nostras patentes deferentes simul cum literis [7]) ipsius Ducis patentibus, testificantibus [8]), quod sint homines ipsius Ducis de Brunsvic [9]), concedentes ijsdem [10]) hominibus, quod salvo et secure veniant per totam potestatem Nostram cum rebus catallis et Marchandisis [11]) suis ad negotiandum ibidem, faciendo [12]) inde rectas et [13]) debitas consvetudines et salvo ibidem morentur, et salve inde recedant. Et ideo Vobis mandamus, quod hominibus ipsius [14]) Ducis, has literas [15]) nostras patentes deferentibus, simul cum literis [16]) ipsius Ducis patentibus, testificantibus [17]), quod sint homines ipsius Ducis de Brunesvic [18]), in veniendo per totam potestatem Nostram cum rebus catallis et marchandisis [19]) suis, et ibidem morando et inde recedendo, sicut prædictum est, nullum faciatis [20]) aut inferri permittatis impedimentum, damnum [21]) aut gravamen. In cujus rei testimonium has literas fieri fecimus patentes [22]). Teste me

1) III. *deest* 3. — 2) *loco hujus introitus:* Rex etc. 4; Rex omnibus etc. salutem *R. O.* — 3) Brunswick 2, 3; Brunswik 4; Bruneswic' *R. O.* — 4) OTHONIS 2, 3, *R.* — 5) Brunswick 2, 3; Bruneswic' *R. O.* — 6) litteras *R. O.* — 7) litteris *R. O.* — 8) testantibus 4. — 9) Brunswick 2, 3; Brunswic 4; Bruneswick *R. O.* — 10) ipsius *pro* ijsdem 3; eisdem *R. O.* — 11) Marcandisis 2, 3; Mercandisiis *R. O.* — 12) negotia ibidem facienda 4. — 13) ac 3. — 14) ipsius *deest* 4. — 15) litteras *R. O.* — 16) litteris *R. O.* — 17) testantibus 4. — 18) Brunswick 2, 3; Brunswik 4; Bruneswick *R. O.* — 19) Marcandisis 2, 3; Mercandisiis *R. O.* — 20) facere *pro* faciatis 4. — 21) dampnum *R. O.* — 22) patentes fieri fecimus 2, 3; In cujus etc. fieri fecimus *pro* In —— patentes *R. O.* —

Regina Franciæ, Angliæ, et Navarræ, per Regem, et Nuncios ipsius Ducis matrimonium solenniter [1]) sit contractum, quatenus [2]) idem Dux ad presentiam Regis Londinum [3]) veniat in quindena Paschæ proxime [4]) ventura, Conjugem suam [5]) inde ad propria perducturus. Teste Rege Nostro Henrico [6]), Apud Sanctum Germanum de Pratis VI die Octobris Anno regni sui XLVI^to [7]).

Hæc Copia concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo eam XXVI. die Octobris Anno 1698 diligenter contulimus et Examinavimus.

Wi: Petyt Archivarius
Geo: Holmes. Deput.

Invenitur in Claus. 46. et 47. H. 3. m. 3. d.

№ LIX.

cfr. Rymer edit. 1704. Tom. I. pag. 753.
edit. 1816. Vol. I. P. I. pag. 423. — 18. Dec. 1262.

HENRICUS [8]) Dei Gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ et Dux Aquitaniæ, Nobili Viro, et Consangvineo suo charissimo [9]) ALBERTO [10]), Duci Brunswik [11]), salutem, et sinceræ dilectionis affectum.

Cum nuper in infirmitate Nostra Parisiensi [12]) negotium foederis inter Vos et nobilem mulierem, Sororem Marchionis Montis ferrati ad honorem Vestrum fecerimus expediri, sicut per nuncios Vestros, Nobiscum existentes, ibidem plenius Vobis significavimus. Et Vos Nostrae et quorundam aliorum voluntati supponere voluistis de iis [13]), quæ Vobis fieri deberent ratione prædicti maritagij, sicut per literas [14]) Vestras plenius Nobis innotuit: Nos nacta

---

1) solempniter *R.* — 2) quatinus *R.* — 3) London' *R.* — 4) proximo *R.* — 5) suam prædictam *R.* — 6) Nostro Henrico *desunt* 2. — 7) Anno — XLVI^to *desunt* 2; anno etc. *R.* — 8) HENRICUS TERTIUS 3. — 9) carissimo 2. — 10) A. *R.* — 11) Bruneswick 2; 3. Brunneswici *R.* — 12) Paris' *R.* — 13) hiis *R.* — 14) litteras *R.* —

convalescentia in animo revolventes, quod hoc nulla ratione in Nos assumere possemus, nisi plenius Nobis de Vestra voluntate constaret: Vos rogamus, quatenus voluntatem Vestram in præmissis Nobis apertius explicetis, ut omnia, præsens negotium tangentia, clara sint et liquida [1]), cum Nos et Vos ad invicem contigerit convenire. Nos autem et Regina Nostra et prædicta Consors Vestra sani sumus et incolumes, benedictus sit [2]) Deus, quod de Vobis frequenter audire desideramus, parati pro Vobis ea facere, quæ honori Vestro noverimus convenire. Statum autem et beneplacitum Vestrum Nobis sæpius demandetis. Teste Me ipso apud Wytsand [3]) XVIII die Decembris Anno Regni Nostri XLVII.

Hæc Copia concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo eam XXVI die Octobris Anno 1698. diligenter contulimus et Examinavimus.
Wi: Petyt Archivarius
Geo: Holmes. Deput.

Invenitur in Claus. 46. et 47. H. 3. m. 1. in Sched.

№. LX.

7. Sept. 1263.

Mandatum est Rogero de Leyburn, quod in instantibus nundinis Sancti Ægidij Wintoñ [4]) modis omnibus perquiri faciat unam Garlandam auream pretij viginti Marcarum, ad opus Markesiæ, Neptis Nostræ, qvam Dux Bruneswik [5]) in brevi ducturus est in uxorem, et Regi de prædictis viginti Marcis responderi faciat.

---

1) perspicua *pro* liquida 2. — 2) sit *deest R.* — 3) Wistsand 2; Withsand 3. — 4) Wintoniensibus 2, 3. — 5) Brunneswick 2, 3. —

Teste Rege Nostro Henrico [1]), Apud Westmonasterium VII die Sept. Anno regni sui XLVII[o.2]).

Hæc Copia concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo eam XXVI die Octobris Anno 1698 diligenter contulimus et Examinavimus.

Invenitur In Claus. 47. H. 3. m. 3.

Wi: Petyt Archivarius
Geo: Holmes. Deput.

№ LXI.

26. Octob. 1263.

HENRICUS Dei Gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ et Dux Aquitaniæ, omnibus has literas inspecturis, salutem. Sciatis, quod concessimus et bona fide promisimus, quod de mille libris Sterlingorum, in quibus tenemur nobili Viro, ALBERTO, Duci Bruneswic, Consanguineo Nostro, de maritagio Sororis Marchionis Montis Ferrati, Consortis Ejusdem Ducis, et unde literas Nostras patentes sub præsenti Sigillo Nostro, non expressa quantitate alicujus pecuniæ, Eidem Duci fieri fecimus apud Whytesand; Solvemus Ei unam medietatem ad festum Paschæ proxime venturum, et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis proxime sequens. In cujus rei testimonium has literas fieri fecimus patentes. Teste Me ipso apud Windlesoram XXVI die Octobris Anno Regni Nostri XLVII.


Hæc Copia Concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo eam XXVI die Octobris Anno 1698 diligenter contulimus et Examinavimus.

Invenitur in Pat. et Claus. 47. H. 3. m. 2.

Wi: Petyt. Archivarius
Geo: Holmes Deput.

---

1) Nostro Henrico: *desunt* 2, 3. 2) Anno regni sui XLVIIo. *desunt* 2. —



№ LXII.

cfr. Rymer edit. 1704. I Tom. pag. 838.
edit. 1816. I Vol. I P. pag. 470. 2. Nov. 1266.

HENRICUS III Dei Gratia Rex Angliæ, omnibus, præsentes literas inspecturis [1], salutem [2].

Cum illustris Vir, ALBERTUS, Dux Brunsvicensis [3], consangvineus Noster dilectus, Alaisiam [4] de monte Ferraco [5], neptem Eleonoræ [6], Consortis Nostræ, de consilio Nostro duxit in uxorem, Nos volentes Ipsum [7] ob hoc venerabilibus respicere donativis, ut tenemur; volumus, quod idem Dux in festo Paschæ [8] proxime [9] venturo, et postmodum in festo Sancti Michaelis; et sic de Anno in Annum, et de termino in terminum recipiat de Nobis per manus quorumcunque, quos ad hoc duxerit assignandos, unam pecuniæ portionem, secundum quod Status Noster et Regni Nostri requiret [10], ita tamen, quod quando Status Noster erit melioratus, Nos Ei melius et copiosius, et si, quod absit, debilior fuerit, minus Eidem faciemus, et hoc per tantum temporis spatium hoc [11] facere bona fide [12] promittimus, quod ipse Dux a Nobis et Nostris se tenere debeat [13] pro pacato. In cujus rei testimonium has literas fieri fecimus patentes [14]. Teste Me ipso [15] apud Kennil [16] II die [17] Novembris Anno Regni Nostri LI. [18]

Concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi.
Wi: Petyt Archivarius.

Invenitur in Pat: 51°. Hen: 3. m. 37. n. 112.
Geo: Holmes Deput.

---

1) ad quos præsentes literæ pervenerint *pro* præsentes literas inspecturis 2, 3. — 2) *loco hujus introitus:* Rex Henricus omnibus etc. 4; Rex omnibus etc. salutem *R.* — 3) Bruneswyk *R.;* de Brunneswick 2, 3. — 4) Aloysian 2, 3; Alysiam 4. — 5) Ferraro 2, 3, 4; Ferrato *R.* — 6) A. *pro* Eleonoræ *R.* — 7) eundem *pro* Ipsum 4. — 8) Pasehatos 4. — 9) proximo *R.* — 10) requirit 2, 3. — 11) hoc *deest* 2, 3, 4, *R.* — 12) bona fide facere 4. — 13) possit *pro* debeat 3. — 14) In cujus etc. *pro* In cujus —— patentes *R.* — 15) Rege *pro* Me ipso *R.* — 16) Kenill 3; Kenilwurth *R.* — 17) die secundo 2, 3; IV die *R.* — 18) Anno —— LI *desunt R.* —

№ LXIII.

cfr. Rymer edit. 1704. Tom. I. pag. 838.
edit. 1816. Vol. I. P. I. pag. 470. 7. Nov. 1266.

HENRICUS [1]) Dei Gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ [2]), Wilhelmo [3]), filio Richardi [4]) et socijs [5]) Collectoribus finis Londoñ. salutem.

Cum illustris Vir ALBERTUS [6]), Dux Bruneswick [7]), Consangvineus Noster, Alesiam neptem Eleonoræ [8]), Reginæ, Consortis Nostræ, duxerit in uxorem; per quod Dux, in veniendo ad Nos, et ibidem morando, multas fecit expensas, occasione prædicta, et in pluribus debitis quibusdam Creditoribus in Civitate prædicta, et alibi jam tenetur.

Nos ipsum Ducem honorabiliter respicere volentes, Vobis mandamus, quod de fine prædicto haberi [9]) faciatis eidem Duci vel Procuratoribus suis, quos ad hoc duxerit deputandos, Mille Marcas ad expensas suas inde acquietandas, et ad satisfaciendum Creditoribus suis prædictis, ita quod præfatus Dux promptitudine Vestra reputet se contentum. Et hoc sicut honorem Nostrum diligitis, et indignationem Nostram vitare volueritis, nullo modo omittatis. Teste Me ipso [10]) apud Kenilworth [11]) die VII [12]) Novembris Anno Regni nostri LI. [13])

Hæc Copia Concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo eam XXVI° die Octobris Anno 1698. diligenter contulimus et Examinavimus.
Wi: Petyt Archivarius
Geo: Holmes Deput.

Invenitur
in Claus. 51. H. 3. m. 12.

---

1) HENRICUS III 2, 3. — 2) Dominus —— Aquitaniæ *desunt* 2, 3; *hucusque omnia desunt R.* — 3) Willielmo *R.* — 4) Ricardi *R.* — 5) sociis suis 2, 3. — 6) A. *R.* — 7) Bruneswyk *R.* — 8) A. *pro* Eleonoræ *R.* — 9) habere *R.* — 10) Rege *pro* Me ipso 2, 3, *R.* — 11) Kenilwarth *R.* — 12) octavo die 2, 3. — 13) Anno —— LI *desunt R.* —

№ LXIV.

9. Nov. 1266.

HENRICUS [1]) Dei Gratia Rex Angliæ, Richardo de Ewal, Emtori [2]) Garderobæ suæ salutem.

Cum ad instantiam carissimi Consangvinei Nostri ALBERTI, Ducis Bruneswic [3]), concesserimus Eidem Duci, Henricum Valettum [4]), Ducis Ejusdem, cingulo militiæ decorare, et ea, quæ ad militiam suam pertinent, ad præsens apud Nordhampton adeo tempestive, sicut oportuit, inveniri [5]) non potuerunt, propter quod idem Valettus [6]) hujusmodi cingulum ab Eduardo, primogenito Nostro suscepturus [7]) est: De voluntate Nostra mandamus, quod eidem Valetto [8]), qui moram in regno Nostro trahere non potest longiorem, necessaria sua ad militiam suam prædictam sine dilatione habere facias [9]) de dono Nostro. Teste Me ipso [10]) apud Kenilworth [11]) IX die Novembris Anno Regni Nostri LImo [12]).

Hæc Copia concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo eam XXVIº die Octobris Anno 1698. diligenter contulimus et Examinavimus.
Wi: Petyt Archivarius
Geo: Holmes. Deput.

Invenitur in Claus. 51. H: 3. m. 12.

---

1) HENRICUS III. 2, 3. — 2) Emptori 2. — 3) Brunneswick 2, 3. — 4) Valletum 3. — 5) invenire 2. — 6) Valletus 3. — 7) in brevi suscepturus 2, 3. — 8) Valletto Eidem 3. — 9) faciatis 2. — 10) Rege *pro* Me ipso 2, 3. — 11) Kenillworth 3. — 12) Anno —— LImo *desunt* 2, 3. —

№ LXV.

cfr. Lünigs Reichs-Archiv, Vol. XIII. contin. IV. Tom. I. pag. 927.

10. Nov. 1266.

HENRICUS [1] Dei Gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ [2], omnibus Ballivis, has literas inspecturis [3], salutem.

Volentes ad instantiam nobilis Viri, ALBERTI [4], Ducis Brunneswick [5], Mercatoribus ipsius Ducis de Hamburg [6], Gratiam facere specialem, concedimus eisdem Mercatoribus pro Nobis et hæredibus Nostris, quod ipsi habeant Hansam suam per se ipsos per totum Regnum Nostrum in perpetuum, ita tamen, quod ipsi Mercatores faciant Nobis et hæredibus Nostris Consvetudines inde debitas et consvetas. In cujus rei testimonium has literas [7] fieri fecimus patentes.

Teste Me ipso [8] apud Kenilworth X [9] die Novembris Anno Regni Nostri LImo [10].

Hæc Copia concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo eam XXVI die Octobris Anno 1698 diligenter contulimus et Examinavimus.

Wi: Petyt Archivarius
Geo: Holmes. Deput.

Invenitur in Pat. 51. H. 3. m. 36.

№ LXVI.

23. Dec. 1266.

HENRICUS Dei Gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ et Dux Aquitaniæ, omnibus, ad quos literæ præsentes pervenerint, salutem.

---

1) HENRICUS III 2, 3. — 2) Dominus —— Aquitaniæ *deest* 2, 3. — 3) has literas inspecturis *desunt* 2, 3, *L.*; *adduntur:* et fidelibus suis, ad quos præsentes literæ pervenerint *L.* — 4) et *pro* ALBERTI, *L.* — 5) Brunswickensis *L.*; de Brunneswick 3. — 6) Hamborch *L.* — 7) literas nostras eisdem mercatoribus *pro* literas *L.* — 8) Rege *pro* Me ipso 2, 3. — 9) octavo *pro* X *L.* — 10) Anno —— LI *desunt* 2, 3. —

Sciatis, Nos ad instantiam Nobilis Viri ALBERTI, Ducis Bruneswik, dilecti Nostri, concessisse Burgensibus et Mercatoribus suis de Lubek libertates subscriptas toto tempore vitæ Nostræ habendas, videlicet, quod ipsi vel eorum bona, quocunque locorum in potestate Nostra inventa, non arestentur pro aliquo debito, de quo Fidejussores aut Principales debitores non exstiterint, nisi ipsi forte debitores de eorum sint Communa et potestate, habentes, unde de debitis suis in toto vel in parte satisfacere possint. Et ipsi Burgenses de Lubek, per quos ipsa villa regitur, illis, qui de terra et potestate Nostra exstiterint, in justitia defuerint, et de hoc rationabiliter constare possit: et quod ijdem Burgenses et Mercatores pro transgressione seu foris factura servientum suorum Catalla et bona sua, in manibus ipsorum inventa, aut alicubi locorum per ipsos servientes deposita, quatenus sua esse sufficienter probare poterunt, non amittant.

Concessimus etiam Burgensibus et Mercatoribus prædictis, quod de Mercandisis suis, in terram et potestatem nostram venientibus, nullam prisam fieri faciemus ad opus nostrum, nisi ipsis vel suis Servientibus statim inde rationabiliter satisfecerimus: Salvis tamen inde debitis Nobis et antiquis prisis Nostris. In cujus rei testimonium has literas fieri fecimus patentes. Teste Me ipso apud Oxoniam XXIII die Decembris Anno Regni nostri LI.

Hæc Copia concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo eam XXVI. die Octobris Anno 1698. diligenter contulimus et Examinavimus.
Wi: Petyt Archivarius
Geo: Holmes Deput.

Invenitur
in Pat. 51. H. 3. m. 32.


№ LXVII.

cfr. Rymer edit. 1704. Tom. I. pag. 839.
edit. 1816. Vol. I. P. I. pag. 471.
Codex dipl. Lubecen. Abth. I. Th. I. pag.
279. Nr. CCXCI. 5. Januar. 1267.

HENRICUS [1]) Dei Gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ et Dux Aquitaniæ [2]), omnibus Ballivis, has literas inspecturis [3]), salutem [4]).

Sciatis, Nos ad instantiam nobilis Viri ALBERTI [5]), Ducis Brunswick [6]), dilecti Nostri, concessisse Burgensibus et Mercatoribus [7]) de Lubek [8]), libertates subscriptas, videlicet, quod ipsi, vel eorum bona, quocunque locorum in potestate Nostra inventa [9]), non arrestentur pro aliquo debito, de quo Fidejussores aut [10]) principales Debitores non exstiterint, nisi forte ipsi Debitores de eorum sint Communa [11]) et potestate, habentes, unde de debitis suis in toto vel in parte satisfacere possint; et ipsi Burgenses de Lubek [12]), per quos ipsa villa regitur, illis, qui de terra et potestate Nostra exstiterint, in justitia defuerint, et de hoc rationabiliter constare possit. Et quod iidem Mercatores et Burgenses [13]) pro transgressione, seu foris factura Servientium [14]) suorum Catalla et Bona sua, in manibus ipsorum inventa, aut alicubi locorum per ipsos servientes deposita, quatenus ea [15]) sua esse sufficienter probare poterunt, non amittant. Concessimus etiam Burgensibus et Mercatoribus prædictis, quod de Marchandisis [16]) suis [17]), **in terram et potestatem** Nostram venientibus, nullam prisam fieri faciemus ad opus Nostrum, nisi ipsis vel suis [18]) servientibus statim inde

1) HENRICUS III 2, 3. — 2) Dominus — Aquitaniæ *desunt* 2, 3. — 3) has literas inspecturis *desunt* 2, 3; Omnibus, ad quos presentes littere peruenerint, salutem. *C. d. L.* — 4) *loco hujus introitus:* Rex omnibus etc. salutem *R.* — 5) A. *R.* — 6) Brunzik *R.*; de Bruneswik, *C. d. L.* — 7) Mercatoribus suis *R.*; *C. d. L.* — 8) Lubeck 2, 3. — 9) inventa *deest R.* — 10) sive *pro* aut *R.* — 11) Communione 2, 3; communia *R.* — 12) Lubeck 2, 3. — 13) Burgenses et mercatores *C. d. L.* — 14) servientum *C. d. L.* — 15) ea deest *C. d. L.* — 16) Marcandisis 3; mercandisis *R.*; *C. d. L.* — 17) suis Marcandisis 2. — 18) eorum *pro* suis *R.* —



rationabiliter satisfecerimus; salvis tamen inde Nobis debitis et antiquis prisis Nostris.

Concessimus insuper, qvantum ad Nos pertinet, Burgensibus et Mercatoribus prædictis, quod ipsi habeant Hansam suam, reddendo inde quinque solidos eodem modo, quo Burgenses et Mercatores Colonienses [1]) Hansam suam habent, et eam temporibus retroactis habere et reddere consveverunt, ita tamen, quod Ipsi Burgenses et Mercatores faciant Nobis et hæredibus Nostris consvetudines inde debitas et consvetas. In cujus rei testimonium has literas fieri fecimus patentes [2]), duraturas, qvam diu prædicti Burgenses et Mercatores fuerint sub dominio et protectione Ducis supradicti.

Teste Me ipso [3]) apud Westmonasterium V die Januarij Anno Regni Nostri LI. [4])

Hæc Copia Concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo eam XXVI. die Octobris Anno 1698, diligenter contulimus et Examinavimus.
Wi: Petyt Archivarius
Geo: Holmes. Deput.

Invenitur in Pat. 51. H. 3. m. 31.

№ LXVIII.

30. April. 1269.

HENRICUS Dei Gratia Rex Angliæ, Wintoniensi Episcopo, et Collectoribus decimæ, sibi a sede Apostolica concessæ in Episcopatu Wintoniensi, salutem.

Cum teneamur Dencanco, Mercatori charissimæ Consortis Nostræ Eleonoræ, Reginæ Angliæ, in ducentis Marcis, quæ ei retro sunt de D Marcis, quas Nobis mutuo tradidit, ad opus Ducis de Brunswick, qui neptem Nostram duxit in uxorem, et de centum Marcis, quas per præceptum Nostrum mutuo tradidit Guidoni de Rochefort, quondam

1) Colon' *R.*; Colonie *C. d. L.* — 2) In cujus etc. *pro* In cujus —— patentes *R.*; has litteras nostras fieri fecimus patentes *C. d. L.* — 3) Rege *pro* Me ipso 3, *R.* — 4) Anno —— LI *desunt R.* —

militi Nostro, ad expensas suas, quas etiam ducentas Marcas eidem Dencanco de decima Episcopatuum Winton et Sarrum dudum mandavimus liberari, et idem Dencancus easdem ducentas Marcas ibidem non receperit, ut intelleximus; Volentes prædictas ducentas Marcas de decima Episcopatus Wintoñ persolvi sine mora, vobis mandamus, quatenus eidem Dencanco prædictas ducentas Marcas sine dilatione habere faciatis de decima prædicta, in prædicto Episcopatu Wintoñ. collecta. Et hoc nullatenus omittatis. Nos enim easdem ducentas Marcas in decima prædicta volumus et faciemus allocari. In cujus rei testimonium has literas fieri fecimus patentes. Teste Me ipso apud Windsor XXX die Aprilis Anno Regni Nostri LIII.

Hæc Copia corcordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi cum quo eam XXVI. die Octobris Anno 1698 diligenter contulimus et Examinavimus.
Wi: Petyt Archivarius
Geo: Holmes Deput.

Invenitur in Pat. 53. H. 3. m. 17.

№ LXIX.

28. Novemb. 1269.

HENRICUS III Dei Gratia Rex Angliæ, Thesaurario et Baronibus suis de Scaccario, salutem.

Bene nostis, qualiter Eleonora, quæ fuit uxor quondam Comitis Marescalli [1], percipere consuevit ad Scaccarium Nostrum quadringentas Libras pro dote sua de Hybernia [2], et quod pecunia illa de hæredibus prædicti Comitis levari, et per ipsos solvi consvevit ad Scaccarium Nostrum prædictum. Et quia pecunia illa Nobis a retro [3] est de tribus Annis præteritis, ut pro certo intelleximus, Vobis mandamus firmiter, injungentes, quod Arreragia ejusdem pecuniæ sine dilatione levari faciatis de hæredibus prædictis, prout fieri consvevit temporibus retroactis. Et de eisdem Arreragijs

1) Mareschalli 2, 3. — 2) Hibernia 2, 3. — 3) a retro nobis 2, 3. —

habere faciatis Duci Brunneswyk[1]) mille et ducentas Marcas de debito, in quo ei tenemur pro maritagio Consangvineæ Nostræ, qvam in[2]) præsentia Nostra apud Kenill[3]) duxit in uxorem. Et hoc nullatenus omittatis. Teste Me ipso, apud Rading[4]), XXVIII die Novembris[5]), Anno Regni Nostri LIV^to^.

Hæc Copia concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo illam die 20° Septembris Anno 1698. diligenter contulimus et Examinavimus.
Wi: Petyt Archivarius
Geo: Holmes Deput.

Invenitur in Claus. 54. H. 3. m 11.

№ LXX.

25. Aug. 1271.

HENRICUS III, Dei Gratia Rex Angliæ, Venerabili in Christo Patri, Wilhelmo, eadem Gratia Landavensi Episcopo, salutem.

Cum pluries Vobis mandassemus, quod habere faceretis Dyncanco Guyllim[6]), Mercatori carissimæ[7]) Consortis Nostræ Eleonoræ, Reginæ Angliæ, ducentas Marcas de decima Episcopatus Vestri prædicti, in parte solutionis quingentarum Marcarum, in quibus eidem Dyncanco tenebamur pro quingentis Marcis, quas Nobis mutuo tradidit ad opus Ducis Bruneswik[8]), et uxoris suæ, Neptis Nostræ, de maritagio Ejusdem; Et Nos pro eo, quod nihil ad Mandata Nostra fecistis, jam mutuo receperimus ab Hugone Pope[9]), Mercatore Nostro, ducentas Marcas, et eas in compensationem prædictarum ducentarum Marcarum præfato Dyncanco habere fecerimus, volentes, quod præfato Hugoni de præ-

1) Brunneswick 2, 3. — 2) quam is in 2. — 3) Kenil 3. — 4) Roding 3. — 5) Novembris *deest* 3; Aprilis 2. — 6) Guyillmo 2, 3. — 7) carissimæ *deest* 3. — 8) Brunneswick 2, 3. — 9) Pape 2. —

dictis ducentis Marcis de decima Episcopatus prædicti modis omnibus satisfiat. Vobis mandamus in fide et dilectione, quibus Nobis tenemini, firmiter injungentes, quod præfato Hugoni prædictas ducentas Marcas de dicta decima sub omni festinatione habere faciatis in recompensationem ducentarum Marcarum prædictarum. Et hoc sicut honorem Nostrum et vestrum diligitis, et sicut de [1]) Vobis confidimus, nullatenus omittatis. Et insuper sitis coram Nobis a die Sti Michaelis, in XV dies [2]), ubicunque tunc fuerimus, ad reddendum Computum de residuo decimæ prædictæ de illis tribus annis, quibus Dominus Papa Nobis gratiam fecit de decima beneficiorum Ecclesiasticorum Regni Nostri. Et si præmissa facere distuleritis, injunximus venerabili Patri W. [3]) Eboracensi Archiepiscopo, Angliæ Primati, quod Vos ad hoc per censuram Ecclesiasticam [4]), juxta potestatem, sibi a venerabili Patre Ottobono, nuper Apostolicæ Sedis Legato in Anglia, linde [5]) traditam, compellat. Et Nos vos similiter ad hoc compellemus, prout magis videbimus expedire. Teste Me ipso, apud Westmonasterium, XXV die Aug. Anno Regni Nostri LV.

Hæc Copia concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi cum quo illam die 20° Septembris Anno 1698 diligenter contulimus et Examinavimus.
Wi: Petyt Archivarius
Geo: Holmes. Deput.

Invenitur in Claus. 55. H. 3. m. 2.

№ LXXI.

26. Aug. 1272.

HENRICUS Dei Gratia Rex Angliæ, Pontio de Mora, et socijs suis, in nundinis Sancti Botulphi commorantibus, salutem.

---

1) de *deest* 3. — 2) dies quindecim *pro* XV dies 2. — 3) Wilhelmo 2, 3. — 4) Ecclesiasticam censuram 2. — 5) inde *pro* linde 2. —

Quia intelleximus, quod Vos lanas et mercimonia Arnoldi Scotelmund, Johannis le Core, Luderi de Dertmund, Werneri de la Rige, et Richeri [1], filij Cinnert, Mercatorum Ducis de Bruneswick [2]) de Lubek [3]) et de Dertmund pro eo, quod communicaverunt cum Flandrensibus contra inhibitionem Nostram, et etiam pro eo, quod qvandam navem, sine licentia Nostra, lanis carcari fecerunt, et insuper pro eo, quod pactum fecerunt cum quodam Lombardo de lanis suis deliberandis, videlicet pro quolibet sacco lanarum prædictarum solvendo duodecim denarios, arrestari fecistis in nundinis prædictis, et ea præfatis Mercatoribus adhuc detinetis: Nos illud, quod ad Nos pertinet, de transgressione prædicta, charissimæ Consorti Nostræ Eleonoræ, Reginæ Angliæ, dedimus de gratia Nostra speciali, et eisdem mercatoribus ad instantiam præfatæ Reginæ Nostræ dictam transgressionem perdonavimus, et ipsos inde totaliter quietamus. Et ideo Vobis madamus, quod præfatos Mercatores de transgressionibus illis quietos esse permittatis, et centum et tres saccos lanæ, et alia mercimonia eorundem mercatorum, præterqvam infra potestatem Comitis Flandriæ, ad commodum suum inde faciendum, prout melius viderint expedire. Teste Me ipso apud Westmonasterium XVI die Augusti Anno Regni Nostro LVI.

Hæc Copia Concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo eam XXVI die Octobris Anno 1698 diligenter contulimus et Examinavimus.
Wi: Petyt Archivarius.
Geo: Holmes Deput.

Invenitur in Claus 56. H. 3. m. 4.

№. LXXII.

circa annum 1275.

Serenissimo Domino suo, Eduardo, Regi Angliæ, Alheydis, Dei gratia Ducissa in Brunswik, sinceræ dilectionis constantiam cum obsequio semper prompto.

---

1) Rigeri 4. — 2) Brunswik 4. — 3) Lubeck 4. —


Majestati Vestræ cupimus esse notum, quod nos cum pueris nostris universis, cooperante nobis Gratia Spiritus Sancti, votivam gerimus corporis sospitatem, illud idem a Vobis percipere desideramus; qvam hoc contra gravamina nostra nobis remedium exstat speciale. Cum igitur de Vestra Magnificentia præsumptionem et confidentiam bonorum omnium habeamus, dilectioni Vestræ præsentem Cartulam transmittimus, et rogamus, qvatenus propter veram fidem, quam ad Vos servamus, secretum Vestri Cordis aperiatis, ac pactum illud ad memoriam reducatis, quod Mater et Pater Vester una vobiscum promiserunt, cum de partibus Vestris ad partes, in quibus nunc sumus, Nos, qvasi desolatis omnibus, amicis nostris postpositis, transtulerunt. Scire etenim Vos volumus, quod ab Incolis terræ nostræ oblocutiones multimodas sustinuimus, et adhuc sustinemus, pro eo videlicet, quod pactum hujusmodi, secundum quod promissum fuerat, in nullo percipitur adimpletum. Quapropter qvia, quod a tenore præsentis paginæ percepistis, id ipsum pactum studeatis in aliquo adimplere: si autem in prompta pecunia nobis possitis nullatenus subvenire, saltem, ne penitus postponamur, nobis aliquos reditus in Terminis Vestris assignate, qvos per nuncium nostrum annis singulis tollere valeamus; alioquin dilectus Dominus ac Maritus noster non aliqvos reditus nobis, nomine dotis, assignabit, de quo si ipsum Dominum nostrum mori contingit, nobis magnum Gravamen imminebit. Cætera quæ Vobis demandavimus, lator præsentium Vobis per ordinem explanabit.

№ LXXIII.

1352.

OTHE, par la Grace de Dieu Duc de Bronneswick, Scinour de Torynge, Fiz al grant Duc de Bronneswyk al excellent Prince et noble Duc de Lancastre.

Sachez, que les paroles que Vous deystes personalment de Vostre propre bouche en la sovereyne Eglise de



Cologne a un saint Pere le Vendredy prochain apres la paque passée devant le noble prince Marke de Julers e molz des honéstes chevaliers e esquires en presence des Citisinez de mesme la citée, malveisement, ledment et dehonestement furunt mentuz et de nul maner de voir.

Quelles choses nous meintroms par nostre corps propre et biens contre Vostre propre corps, si comme bon et leal Seignour est tenuz e oblige de monstrer devers un malveis e deshoneste e mal homme. Ceste chose feroms entre le Chastel de Gynes e la Seynt Omer, ou Nostre Seignour le Roy de France certain leu monstra. Car illeques a Vous e les Vous secur condist de lavant dit Seignour ordeiner ne targeroms, sour quel chose prioms que respons nous soyt escryt sous Vostre seal par le porteur de cettes. Donee al Querougaron.

№. LXXIV.

cfr. Rymer edit. 1708. Tom. V. pag. 742.
edit. 1825. Vol. III. P. I. pag. 248. 23. Aug. 1352.

EDUARDUS III [1]) Dei Gratia Rex Angliæ, omnibus, ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem [2]).

Supplicavit Nobis dilectus Consangvineus et fidelis [3]) Noster HENRICUS, Dux Lancastriæ, ut cum ipse ad partes transmarinas pro se de quibusdam nequiter sibi per OTTONEM [4]), Ducem de Brunneswik [5]), impositis excusando, si a Nobis licentiam obtinere [6]) valeat, disposuerit in proximo proficisci, velimus Ei licentiam illam ad hoc concedere gratiosam. Nos, licet præsentia ipsius [7]) Consangvinei Nostri commode carere minime valeamus, Volentes tamen pro ipsius Nominis et Honoris defensione et salvatione supplicationi suæ annuere in hac parte, Concessimus

---

1) Tertius 4. — 2) *loco hujus introitus:* Rex omnibus ad quos etc. salutem *R.* — 3) et fidelis *desunt* 4. — 4) OTHONEM 2, 3; *deest R.* — 5) Brunneswick 2, 3; Brunswyk *R.* — 6) optinere *R.* — 7) illius *pro* ipsius 4. —

Eidem Duci Lancastriæ, quod Ipse cum uno Comite et sexaginta militibus et Armigeris ac eorum equis et hernesijs ad dictas partes ex causa prædicta licite et impune valeat proficisci. In cujus rei testimonium has literas [1]) fieri fecimus patentes [2]), pro Nostro beneplacito duraturas. Teste me ipso [3]), apud Westmonasterium, XXIII die Augusti, Anno Regni Nostri XXVI. [4])

Hæc Copia concordat cum Originali Recordo in Turri Londinensi, cum quo illam die 9° Septembris Anno 1698 diligenter contulimus et examinavimus.
Wi: Petyt Archivarius
Geo: Holmes. Deput.

Invenitur in Pat: 26. Edw: 3. parte 2da. m. 8.

№ LXXV.

1594.

Serenissima Regina, Domina et Consangvinena charissima. Conquerebatur coram Nobis ante triennium subditus Noster, Gvilielmus Lubbing, e civitate Nostra Luneburga natus, suo et fratrum suorum nomine, de damnis Anno 88 et 89 a Regiæ Vestræ Majestatis Classiarijs sibi illatis: A qua tum, querelis illius commoti, petebamus, ne jubere dedignaretur, quo illis damna hæc debite resarcirentur. Spem sane de R. M. V. pulcherrimam conceperamus, plurimum apud Eum habituram ponderis hanc pro subditis Nostris factam intercessionem. Et re ipsa non longe post experiebamur, Nos non frustra tam præclare de R. M. V. sperasse. Non solum enim Responso ad nos dato Regia Mtas V. amice nobis pollicebatur, justitiam nostris administratum iri, sed et illi vehementer prædicabant, sententiam in hac causa pro se esse latam. Tantum apud R. M. V. nostram intercessionem valuisse mirum in modum nobis

1) literas Nostras 2, 3. — 2) In cujus etc. *pro* In cujus —— patentes *R.* — 3) Rege *pro* me ipso *R.* — 4) Anno —— XXVI *desunt R.* —



gratulabamur. Et cum post aliquod temporis intervallum idem noster subditus a Nobis iterum humiliter peteret, ne aggravaremur coram R. M. V. pro se interpellare, ut merces non prohibitas, in Regiæ M. Vræ Regno emtas, in hanc regionem atque etiam Hispaniam sibi in recompensationem dicti damni, a vectigali immunes, liceret transportare; scribebamus ad Regiam M. V. altera vice, obnixe etiam atque etiam rogantes, ut illud ipsum istis, quos nominavimus, ex singulari gratia concederetur. Sicuti hæc omnia Regiam M. V. recenti adhuc memoria tenere non dubitamus. Cæterum sæpius nominati subditi nostri jam iterum, neque de damnis acceptis satisfactum, neque alterum, quod petijmus concessum sibi hucusque esse suppliciter conqueruntur, et ad R. M. V. alias promotoriales humiliter a Nobis petunt. Quapropter a Majestate V. R. officiose atque amanter petimus, ut in hac subditorum Nostrorum causa non, uti speramus, injusta, suam iterum interponat autoritatem, curetque, ut quæ antea lata est pro illis sententia, debito modo exeqvatur, et nostris pro damnis illatis satisfiat. Conabimur id omni studio etc. Cell Luneb. 17. Martij 1594.

Regiæ V. Majestatis

Addictissimus

Ernestus Dux Brunsv. et Luneburgensis mpp.

